RUDIMENTA GRAECAE LINGUAE


Carlo Piazza





a. 18



RUDIMENTA
GRÆCÆ LINGUÆ.







MEDIOLANI

MDCCLXXI.




CAROLO COMITI DE FIRMIAN
Domino Cronmetz, Meggel, Leopoldſeron,
AUREI VELLERIS EQUITI
JOSEPHI II.
MARIÆ TERESIÆ AUGG.
CONSILIARIO INTIMO
In Inſubria Auſtriaca cum plena poteſtate
Adminiſtro &c. &c. &c.

F. P.

D. CAROLUS PIAZZA MON. CASSIN.





Bſtinuiſſem, CAROLE Comes, Magiſtratum tuum Autocratorem venerari Libelli dedica-

tiuncula , nisi hinc etiam conspicuam crederem humanitatem, qua gratiosissime invitas, & foves modicos licet bonarum Artium æmulatores. Quamquam fortasse non ab re fuerit prætexere Opusculi humilitatem Græcarum Literarum dignitate, earumdemque decantato in universam Encyclopædiam præsidio, quatenus etiam earumdem Rudimentis tantum Mecœnatem præfulgere non dedeceat.


Cum enim assignatis Professoribus singularum facultatum dignitate, & præstantia eximiis, Tuis auspiciis repurgatæ, restitutæ, vel institutæ apud nos graviores disciplinæ, usque dixerim ad invidiam vicinarum Provinciarum omni commendatione copiosissimè excolantur, & propagentur, Græcam quoque Minervam ita impensè sartam, te-

ctam

ctam voluiſti , ut Rempublicam æmulati ſint etiam Eccleſiæ Antiſtites in Seminariis , privatiſque Collegiis , quaſi Sacerdotium , & Imperium eidem unanimi conſilio patrocinarentur.

Cæterum etiam ſi hactenus non perperam egiſſe videar , viderer ſane ſi hic Generis tui amplitudinem , tuos Magiſtratus , tua κατορθώματα concelebrare præſumerem . Quorſum enim iſtuc Rudimenta Græca ? aut quorſum hic oratione proſequi ornamenta integerrimi Proceris , quem Auguſta Clementia Autocratorem elargita eſt in ampliſſima Provincia , in qua jam ultra perpetuum decennium ſedens , ſemper difficilem , difficilimis adhuc temporibus enormem propemodum negotiorum molem omni religione moderatur ? quique Ma-

riam



riam Teresiam delicias Imperii exprimere contendens, Rempublicam omnimodis affluentem, & tranquillam parat, cujusmodi sanè esse solent, quæ à Viris Sapientibus gubernantur. Ἐὰν οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσι, καὶ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. (a) Sed religio mihi fit attigisse mysterium Principis;

———————— τὸ πρόσω
δ' ἐστι σοφοῖς ἄβατον,
κἀσόφοις· οὐ μιν διώξω, κενὸς εἴην. (b)

Porro cum tua mihi nimia sint, revertar ad Rudimenta mea, quippe quibus sine tuo numine, suus ipsorum Zoilus certè non deerit. Quamquam cum pro unius-

cu-

(a) Plato . . . . *Si Philosophi regnent, & Reges philosophentur.*

(b) Pindar. Olymp. Ode III. *Quod ultra est, sapientibus, & insipientibus inaccessum est; non enim prosequor; vanus essem.*

cujusque ingenio reprehendenda prostent, optaverim saltem eorumdem compendiariam methodum assertam fore. De industria enim compendium elucubravimus, quia in prolixo rei Græcæ apparatu, inter immodicas præceptorum ambages ingeniosorum animos frangi compertum est. Cumque jam propemodum sylvescant innumeræ artes grammaticæ labores doctissimorum virorum, qui crambem hanc millies recoctam copiosissimè apposuerunt, opportuit morem gerere delicatulorum gustui, qui nimiam satietatem præceptorum nauseantes, Græcas literas quasi laborem improbum anticipata opinione refugiunt. Utinam ergo vera mihi veniant Pindari præsagia;

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
πείρατα συντανύσαις

ἐν

ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
μῶμος ἀνθρώπων, ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας. (a)

Sed quid ego imprudens pecco in pubblica commoda, dum tua moror tempora quaſi locutulejus? D. O. M. te diu ſoſpitem ſervet in Reipublicæ, & bonarum artium decus, & firmamentum.

Ex Monaſterio S. Petri in Glaſſiate VII. Idib. Maii 1771.

(a) Pindar. Pyth. Ode I. *Opportunè ſi multarum doctrinarum capita paucis complectaris, minor emerget reprehenſio hominum. Sagaces enim animi faſtidiunt moroſam ſatietatem &c.*

RU-

RUDIMENTA GRÆCA

LITERARUM.

	Notæ Majuſculæ	Minuſculæ		Nomina		Valor
1	Α	α		ἄλφα	alpha ——	a
2	Β	β	ϐ	βῆτα	vita ——	v
3	Γ	γ	ɼ	γάμμα	gamma ——	g
4	Δ	δ		δέλτα	delta ——	d
5	Ε	ε		ἐψιλὸν	epſilon ——	e
6	Ζ	ζ		ζῆτα	zita ——	z
7	Η	η		ἦτα	ita ——	i
8	Θ	ϑ	θ	ϑῆτα	thita ——	th
9	Ι	ι		ἰῶτα	iota ——	i
10	Κ	κ		κάππα	cappa ——	c
11	Λ	λ		λαμβδα	lambda ——	l
12	Μ	μ		μῦ	my ——	m
13	Ν	ν		νῦ	ny ——	n
14	Ξ	ξ		ξῖ	xi ——	x
15	Ο	ο		ὄμικρον	omicron ——	o
16	Π	π	ϖ	πῖ	pi ——	p
17	Ρ	ρ		ῥῶ	rho ——	r
18	Σ	σ	ς	σίγμα	ſigma ——	ſ
19	Τ	τ	7	ταῦ	tau ——	t
20	Υ	υ		ὔψιλον	hypſilon ——	y
21	Φ	φ		φῖ	phi ——	ph
22	Χ	χ		χῖ	chi ——	ch
23	Ψ	ψ		ψῖ	pſi ——	pſ
24	Ω	ω		ὠμέγα	omega ——	o

NEXUS LITERARUM.

αι valet	αι	καὶ valet	καὶ	ται valet	ται
ἀπο	ἀπο	κατὰ	κατὰ	τι	τι
αν	αν	λλ	λλ	τη	τη
αρ	αρ	μα	μα	τῆς	τῆς
ας	ας	μεν	μεν	τὴν	τὴν
αυ	αυ	μετὰ	μετὰ	το	το
γὰρ	γὰρ	παρα	παρα	τὸν	τὸν
γεν	γεν	περι	περι	τω	τω
γρ	γρ	πρ	πρ	τῶν	τῶν
δὲ	δὲ	πρ	πρ	τῶν	τῶν
ει	ει	ρι	ρι	τρ	τρ
ἐν	ἐν	σθ	σθ	τρ	τρ
εν	εν	σι	σι	τȣ	τȣ
ερ	ερ	σπ	σπ	τοῦ	τοῦ
ἐπι	ἐπι	σσ	σσ	τῷ	τῷ
ἐξ	ἐξ	στ	στ	ȣ	ου
ἐστι	ἐστι	σχ	σχ	υι	υι
ευ	ευ	τα	τα	υν	υν
ην	ην	ταῖς	ταῖς	ὑπο	ὑπο
και	και	τε	τε	χρ	χρ

§. I.

§. I.

De divisione Literarum, & de Diphthongis.

GRæci literas habent vingiti quatuor, quas dividunt in vocales, & consonantes. Vocales dicuntur à voce; consonantes quia simul cum illis sonant; scilicet sine illis ne preferri quidem possunt. Illæ sunt septem, hæ septemdecim, quarum novem à mutua earum affinitate, mutæ, quasi mutuæ vocantur, & harum

Tres sunt ——— tenues π. κ. τ.
Tres ——— mediæ β. γ. δ.
Tres ——— aspiratæ φ. χ. ϑ.

Tenues enim aspirantur, quia majore intensione flatus pronunciantur, & mediæ quia mediâ. Sunt autem affines in singulis lineis descendendo; aliæ enim aliarum vices sæpe subeunt, ut videbimus in progressu Rudimentorum.

Reliquarum octo consonantium

Quatuor sunt liquidæ ——— λ. μ. ν. ρ.
Tres duplices ——— ψ. ξ. ζ.
Una nec liquida, nec duplex ——— —. —. σ.

Liquidæ dicuntur, quia fluxam quodammodo faciant pronunciationem; dicuntur etiam immutabiles, quia non facilè mutantur, si enim fuerint in nominativo, manent etiam in obliquis, & si fuerint in præsenti manent etiam in futuris, & præteritis, ut videbimus suis locis.

Duplices dicuntur, quia duarum consonantium vim habent; valet enim ψ mutam primæ lineæ, & σ. Item ξ, valet mutam secundæ lineæ, & σ; & tandem ζ, valet δς, vel σδ.

Σ. Neutri ordini assignatur, cum utriusque sit particeps.

Vocales sunt septem; Duæ longe — η. ω.
Duæ breves —————————— ε. ο.
Tres ancipites sive communes —— α. ι. υ.

Longæ dicuntur, quia in pronunciatione longum habent tempus, puta, musicum; breves, quia breve; & ancipites, quia ex utraque parte capi possunt, cum non solum in diversa, sed etiam in eadem dictione aliquando sint breves, aliquando longæ. Non enim omnes vocales sunt æqualiter, sed aliæ aliis longiores, & breviores, cumque ancipites sint longa breviores, & brevi longiores, facile ad utrumque usum transierunt.

Duæ ultimæ vocales lineola secretæ, dicuntur subjunctivæ, quia in diphthongis subjunguntur, reliquæ præpositivæ quia præponuntur, nam quæ Græcè δίφθογγος, Latinè duplex sonus, ideo sic appellatur, quia ex duabus vocalibus coalescit.

Vocales autem duodecim faciunt diphthongos, quarum sex sunt diphthongi propriæ, & sex impropriæ. Propriæ fiunt addendo subjunctivas duabus brevibus ε, ο, & ancipiti α, hoc modo. ———————— ε, ο, α.

ει, οι, αι.
ευ, ου, αυ.

Im-

Impropriæ fiunt ſubſcribendo ι, vel poſtponendo υ, duabus longis η, ω, & ancipiti α, hoc modo. ——————— η, ω, α.

ῃ, ῳ, ᾳ.
ηυ, ωυ, υι.

Pro ſexta diphthongo impropria αυ, quæ jam poſita erat inter proprias, ſumuntur duæ ſubjunctivæ, ſed ordine præpoſtero υι. Jota ſubſcriptum eſt |. |. Unde illud Evangeliſtæ ἰῶτα εν, ἢ μία κεραία ȣ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τȣ͂ νόμȣ; Jota unum, aut unus apex &c. De Præceptis Decalogi; jota enim in numeris notat decem.

Diphthongi impropriæ aliæ ſunt κακόφωνοι, hoc eſt difficilis pronunciationis, ut ηυ, & ωυ, propter vocalem longam ante υ, aliæ ſunt ἄφωνοι, hoc eſt mutæ, ſive tacitæ, quia duplicem ſonum non reddunt, & hæ ſunt tres ſubſcriptæ ῃ ῳ ᾳ. Putant enim Eruditi jota in his ſubſcribi ad indicandum illud amplius non pronunciari, unde etiam fit, ut ſæpe non ſubſcribatur.

Vera pronunciatio diphthongorum tum græca, tum latina ferè periit; reſtat tamen diphthongus ȣ, quæ ſonat ut *ou* gallicum in *nous*, *vous* &c., ſive ut *u* romanum in *tutto*, *veduto*, &c.

Cæterum diphthongi pronunciantur hoc modo; ſi ſubjunctiva ι, ſubſcribitur, pronunciatur ſolum vocalis ſubſcripta; ſi ad latus apponitur, pronunciatur ſolum ipſum ι; excepta diphthongo αι, quæ pronunciatur ut, æ, in Cæſar apud Latinos. Si autem ſubjunctiva eſt υ, diphthongus ȣ, ſo-

nat ut *ou* gallicum; reliquas quatuor ηυ, ωυ, ευ, αυ, si rectè proferre voles, sume quatuor has dictiones ivi, ovi, eva, ave, dempta ultima litera, sonus erit respectivarum diphthongorum.

Diphthongi resolvuntur si subjunctiva duobus punctis in apice notetur, ut πάϊς, servus; ἄϋπνος, insomnis.

§. II.

De Accentibus, Spiritibus, & Apostropho.

Accentus, quasi ad cantum, dicuntur à verbo accino; græcè προσῳδίαι, quia προσᾴδονται ταῖς συλλαβαῖς, quia syllabis accinuntur. Accentus ab aliquibus definitur quod sit anima verborum; ab aliis quod sit vox syllabæ, quia sine ejus ductu vox nulla rectè enunciari potest.

Accentus autem duplex est; acutus, & circumflexus; uterque syllabam, in qua notatur attollit. Acuti nota est lineola, quæ à destra ´ in sinistram descendit, & sedes habet tres, nempe syllabam ultimam, ut Θεός, *Deus*; penultimam, ut Βίβλος, *Liber*; & antepenultimam, ut ἄνθρωπος, *homo*.

Sed Accentus acutus dupliciter scribitur; vel enim scribitur, ut diximus, lineola à dextra in sinistram hoc modo ´ descendente, quod fit in fine periodi, & etiam intra periodum sequente dictione enclitica (dicemus autem suo loco quænam sint dictiones encliticæ) ut Θεός μου, *Deus meus*; hoc igitur modo scriptus, vocetur acutus rectus; quan-

quando autem intra periodum non ſequitur di-ctio enclitica, tunc ſcribitur lineola à ſiniſtra deſcendente in dextram, ut Βίβλ☉, ἄνθρωπ☉, Θεὸς ἡμῶν, *Deus noſter*. Vocetur hic acutus inverſus; alii vocare malunt accentum gravem, ſed hæc diſquiſitio non eſt hujus loci. Sunt qui putent ſolum eſſe Clenardum, qui hujusmodi accentum appellet accentum gravem. Gravis certè ille eſt, qui nuſquam ſcribitur, ſed in omni ſyllaba eſſe intelligitur, unde & accentus ſyllabicus appellatur, atque hic ſyllabam deprimit.

Accentus circumflexus eſt qui ex utroque acuto componitur, recto ſcilicet, & inverſo, ſedeſque habet duas, nempe ſyllabam ultimam ut ποιῶ, *facio*, & penultimam, ut ποιȣ͂μεν, *facimus*, quaſi eſſet ποίὼ ποίȣ̀μεν. Sed de accentibus paucula addemus in calce Rudimentorum.

Spiritus duo ſunt; aſper, ſive denſus; & levis ſive tenuis. Nota aſperi eſt lineola falcata hoc modo ʽ à ſiniſtra in dextram, ut ἅμα, *hama*, ſimul; nota ſpiritus tenuis eſt lineola falcata hoc modo ʼ à deſtra in ſiniſtram, ut ἐγὼ, *ego*.

Omnis dictio incipiens à vocali alterutro ſpiritu notanda eſt; item incipiens à conſonante ῥ habet ſemper ſpiritum aſperum, ut ῥητορικὴ, Rhetorica; ſi in medio dictionis ρ geminatur, prius levigatur, poſterius aſpiratur, ut πόῤῥω, *porrho*, longe.

Apoſtrophus, ἀπόστροφ☉, latinè averſio, eſt nota averſæ, hoc eſt, rejectæ vocalis, aut diphthongi in fine dictionis propter aliam vocalem

ſequentem. Nota apoſtrophi ferè ſimilis eſt cum nota ſpiritus tenuis, ponitur autem ad indicandam factam rejectionem; rejici verò poſſunt duæ vocales breves ———————— ε, ο.
Duæ ancipites ———————— α, ι.
Duæ diphthongi propriæ ———— αι, οι.

Rejectio fit ob ſequentem vocalem, quæ ſi aſpiratur, migrant præcedens, aut præcedentes tenues in ſuas aſpiratas, induunt enim ſpiritum vocalis conjunctæ, cum aliter pronunciari nequeant, quippe quæ pronunciantur ad modum unicæ dictionis, ut *ἀπὸ ὑμῶν*, *apo hymon*, *ἀφ' ὑμῶν*, *à vobis*, *νύκτα ὅλην*, *gnycta holin*, *νύχθ' ὅλην*, *noctem totam*, &c.

§. III.

De Pronunciatione.

Nihil nobis hic cum infinitis illis tricis, fortaſſe inutilibus, & numquam dirimendis ſuper vera græci ſermonis pronunciatione. Verumtamen putamus non niſi appoſitè à nobis exſcriptum iri locum eximium Diſſertationis Gregorii Placentinii Hieromonachi Crypto-Ferratenſis Ordinis Santi Baſilii, quæ habetur in calce Epitomes ejus Palæographiæ Græcæ. Placentinii igitur verba ſunt hæc

„ Et primùm ut verba ad rem conferamus,
„ ſtatim inquirimus à quo Cadmo nova illa Do-
„ ctorum virorum pronunciatio ortum habuerit.
„ Cl. Voſſius Ariſtarc. lib. 1. cap. 18., ex rela-

„ tio-

„ tione Henrici Coracopetræi rem totam his ver-
„ bis refert. Audivi Marcum Rutgerum Reſchium
„ Profeſſorem Linguæ Græcæ in Collegio Puslin-
„ diano apud Lovanienſes, meum olim piæ me-
„ moriæ Præceptorem, narrantem ſe habitaſſe in
„ Lilibenſi Pædagogæo una cum Eraſmo, eo ſu-
„ perius, ſe inferius cubiculum obtinente. Henri-
„ cum autem Glareanum Pariſiis Lovanium ve-
„ niſſe, atque ab Eraſmo in Collegium vocatum
„ fuiſſe ad prandium, quò cum veniſſet, quid
„ novi afferret interrogatum, dixiſſe (quod in
„ itinere commentus erat, quòd ſciret Eraſmum
„ plus ſatis rerum novarum ſtudioſum, ac mirè
„ credulum) quoſdam in Græciam natos, Lute-
„ tiam veniſſe, viros ad miraculum doctos, qui
„ longè aliam græci ſermonis pronunciationem
„ uſurparent quàm quæ vulgo in hiſce partibus
„ recepta eſſet; eos nempe ſonare pro Vita, Be-
„ ta; pro Ita, Æta; pro αι, αϊ; pro οι, οϊ, &
„ ſi de cæteris. Quo audito Eraſmum poſtea con-
„ ſcripſiſſe Dialogum de recta latini, græcique
„ ſermonis pronunciatione, ut videretur hujus
„ rei ipſe inventor, & obtuliſſe Petro Aloſtrenſi
„ Typographo imprimendum, qui cum fortè aliis
„ occupatus, renueret, aut certè tàm cito excu-
„ dere quam volebat, non poſſe diceret, miſiſſe
„ libellum Baſileam ad Frobenium, à quo mox
„ impreſſus in lucem prodiit. Verum Eraſmum
„ cognita fraude, numquam ea pronunciandi ra-
„ tione poſtea uſum, nec amicis, quibuſcum fa-

„ mi-

„ miliariter utebatur, ut eam observarent, præ-
„ cepisse. In ejus rei fidem exhibuit Rutgerus
„ ipsius Erasmi manuscriptam in gratiam Da-
„ miani à Ges Hispani, pronunciationis formu-
„ lam in nullo diversam ab ea, qua passim do-
„ cti, & indocti in hac lingua utuntur.

„ Itaque recens linguæ græcæ pronunciatio
„ duorum sæculorum, ut vides, ætatem habet.
„ Sortita est illa quidem magnum Parentem E-
„ rasmum dico Rhoteradamum, sed in hac re
„ egregiè deceptum. Non ita se res habet in no-
„ stra pronunciatione, cujus si ætatem inquiras,
„ remotissimam deprehendes, si stabilitatem per-
„ petuam, si propagationem, per totum fere ter-
„ rarum orbem diffusam illam, sparsamque di-
„ gnosces. Ita testatur Jacobus Argyropolus Hie-
„ romonachus Cretensis; ita Crusius in Turco-
„ græcia Concionator; & Cl. Sponius Medicus
„ Lugdunensis, qui Græciam omnem, Asiam
„ minorem, Achajam, Peloponnesum, Thra-
„ ciam, & plerasque Ægæi Maris Insulas studio-
„ sissime perlustravit, omniaque Græcorum mo-
„ numenta acri animo perquisivit, unde librum
„ edidit eruditum, quo harum rerum notitiam
„ optantibus abundè suffecit. Ita deinceps, ut alia
„ ommittamus, testatur constans usus hujusmodi
„ pronunciationis in hoc græco Crypto-Ferra-
„ tensi Monasterio septem ab hinc sæculis erecto
„ à sapientissimis viris Nilo, & Bartholomæo,
„ quibus etiam alii, Nationis Græcæ Monachi

„ adjun-

„ adjunxere se, ii videlicet, qui Monasterium
„ Sanctæ Agathæ ad radices antiqui Tusculi,
„ ante ipsum linguæ Græcæ lapsum, conditum
„ incolebant. Nec credibile prorsus videtur, qui-
„ bus cor unum, & mens una erat, iis non
„ unam, eamdemque fuisse pronunciandi, lo-
„ quendique rationem . . . Quid plura? Erasmus
„ ipse eamdem ipsam (antiquam pronunciatio-
„ nem) servasse convincitur. In colloquiis enim
„ familiaribus, illo præsertim, quod *Æcho* in-
„ scribitur, voci *Eruditionis*, respondet Echo
„ ὄνοις — *Episcopi*, κόποι — *Ariolari*, λάροι —
„ *Astrologi*, λόγοι — *Famelici* λύκοι, quæ omnia
„ ad græcam nostram pronunciationem conve-
„ niunt, non item ad Erasmianam illam novam,
„ ab ipsomet Auctore, si Vossio fides est, sta-
„ tim abjectam, atque eliminatam.

Hæc si vera sunt, nemo non videt quàm perperam agant pronunciationis Novatores, qui etiam si Demosthenem, aut Platonem revocarent, asserturos aliam fuisse suorum temporum loquelam, adhuc tamen nunc temporis contra Indigenarum auctoritatem non essent audiendi.

Verumtamen etiam in Indigenarum pronunciationem, paucula pro Acatechistis notanda sunt, octo sequentibus literis comprehensa, quarum quatuor sunt mutæ π, κ, τ, γ; una liquida ν; nna nec muta, nec liquida σ; duæ aspiratæ ϑ, χ,

Π. Post μ, sonat ut b, latinum, πέμπω, pem-

pembo, mitto; ſic etiam poſt ν, in fine dictionis, ut τὸν πίθον, *tom bithon*, dolium.

K. Poſt ν, ſonat ut g, latinum, τὴν κεφαλὴν, *tin gephalin*, caput. Sic etiam poſt γ, ſed ipſum γ pronunciatur ut n, πέφαγκα, *pephanga*, oſtendi.

T. poſt ν, ſonat ut d, τὸν Τάνταλον, *ton Dandalon* Tantalum.

Γ. Ante mutas κ, γ, χ, ſonat ut n, πέφαγκα, *pephanga*, oſtendi — ἄγγελος, *angelos*, nuncius — ἔγχος *enchos*, haſta. Sic ante duplicem ξ, ut φάραγξ, *pharanx*, locus præruptus.


N. In fine poſitum ante mutas π, β, φ, ſonat ut μ, τὸν πίθον, *tom bithon*, dolium. Sic ante liquidam μ, ut τὴν μερίδα, *tim merida*, partem. Ante omnem vocalem, aut diphthongum, quæ ſonet *i* pronunciatur tamquam gn, in *pugnis*, ut νηστεύω, *gniſtevo*, jejuno — νεῖλος, *gnilos*, nilus — νὺξ, *gnyx*, nox &c.

Σ. In medio dictionis pronunciatur tamquam geminum, ſic μοῦσα, pronunciatur μοῦσσα, muſa, &c.

Θ. Debet prolatione diſcerni à τ, & δ, itaque non male proferes ſi pronuncies ſicuti quidam blæſi, aut noſtrates Longobardi pronunciant *ce* in *vincere*, aut *vince*, qui quaſi proferunt *vinzere*, aut *vinze*.

X. Debet proferri cum illa aſpiratione, quæ Florentinis nativa eſt, ipſorumque loquelæ ferè character, ut cum dicunt *Coſimo*, *Coteſto*, & alia ejuſmodi ſexcenta, ſcilicet aſpiratione differt à κ.

RU-



RUDIMENTORUM GRÆCORUM

CAPUT I.

PArtes orationis sunt septem; Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Adverbium, Conjunctio, Præpositio. Singulas Novitiorum commodo perstringemus.

Articulus dicitur ad similitudinem compaginis corporis animantium, quod sicuti in articulis stat, & movetur, sic etiam in articulis corpus orationis. Articulus duplex est, præpositivus, quia præponitur nomini, & respondet articulo præpositivo Italorum *il*, *la*, *lo*; hoc carent Latini; & subjunctivus, quia subjungitur, & respondet articulo subjunctivo, sive ut vocant relativo, Latinorum *qui*, *quæ*, *quod*.

Articuli declinantur per numeros, & casus. Græci numeros habent tres, singularem, dualem, & pluralem. Dualium regulas, (ad excitanda præceptorum infarcimina) uno ferè verbo ponemus, nominum quidem post quintam declinationem contractorum, verborum autem post verba circumflexa. Dualis enim numeri rarus est usus, & Latini Aeolicam dialectum sequuti, eum expunxerunt.

Ablativo casu carent, aut carere dicuntur Græci;

ci ; Nos ommittemus etiam casus nominativo similes. Neutra habent sicut apud Latinos tres casus similes , Nominativum , Accusativum , & Vocativum in singulis numeris, & pluraliter semper exeunt in α ; Item vocativus est nominativo similis pluraliter quidem in omni declinatione ; singulariter verò in 2., & 4. semper, in 5. plerumque , in 3. exit in ε ; Ut ergo vel hinc videas quantum studiosorum tædium præcaveamus, omittemus etiam vocativos , maximè quia Attici, quos sæpissimè imitati sunt Latini, nominativos , & vocativos æqualiter proferunt ; exempla passim occurrunt in utraque lingua.

Cum animus sit Rudimenta Compendiaria scribere , Regulis subnectemus earumdem exceptiones, & dialectos usitatiores ; si quæ vero prætere occurrent proposito nostro opportuniora , ea hoc signo ✱ indicata referemus in calce Rudimentorum , gratificaturi delicatulorum , aut tardiorum ingenio, qui postmodum usus satius quàm præceptis reliqua consequentur.

Articulus Præpositivus.

	Sing.				Plur.			
	No.	Gen.	Dat.	Ac.	No.	Gen.	Dat.	Ac.
Mas.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν	οἱ	τῶν	τοῖς	τοὺς
Fœm.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν	αἱ	τῶν	ταῖς	τάς
Neut.	τὸ	τοῦ	τῷ	—	τά	τῶν	τοῖς	— ✱

Arti-

Articulus Subjunctivus.

	Sing. No.	Gen.	Dat.	Ac.	Plur. No.	Gen.	Dat.	Ac.
Maſ.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν	οἵ	ὧν	οἷς	οὕς
Fœm.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν	αἵ	ὧν	αἷς	ἅς
Neut.	ὅ	οὗ	ᾧ	—	ἅ	ὧν	οἷς	—

Uterque articulus caret vocativo, ſed præpoſitivus ejus loco utitur adverbio vocandi ὦ, heus tu, heus vos, quod quadrat in omnes numeros, & perſonas.

Commodum erit ſi Novitii diſcunt primùm articulos unica voce collectos, puta ſingularem maſculinum præpoſitivum hoc modo ὁτοῦτῷτον; fœmininum pluralem αἱτῶνταιςτὰς, deinde eos ſeparent, imo acuratiſſimè ſcribant ſuis ſpiritibus, & accentibus. Sic etiam commodè deducent omnes obliquos articuli ſubjunctivi ab obliquis præpoſitivi, dempto τ, & ejus loco aſſumpto ſpiritu aſpero, ut τοῦ, οὗ —— τῆς, ἧς, & ſic de reliquis.

CAPUT II.

De Declinationibus.

GRammatici dicunt nomina declinari, quia per caſus, quaſi per gradus a recto in obliquos deſcendunt, hoc eſt declinant. Declinationum claſſes ſunt quinque, quarum primæ qua-

quatuor dicuntur parisyllabæ, quia habent obliquos pares rectis numero syllabarum; quinta imparisyllaba, quia impares; illæ binas habent recti terminationes, hæc plurimas; illæ in dativo singulari, literæ finali subscribunt ι; hæc in dativo tàm singulari, quàm plurali literam ipsam finalem habet ι,

Prima Declinatio.

Prima declinatio terminationes habet ης, & ας, generis masculini, ut ὁ Χρύσης, Chrysas, Apollinis, Sacerdos; ὁ Αἰνείας, Æneas, Virgilii carmine notissimus. Obliqui sunt qui sequuntur.

	Sing. Gen.	Dat.	Ac.	Plur. No.	Ge.	Dat.	Ac.
Nom. ης	ου	ῃ	ην	αι	ῶν	αις	ας
Nom. ας	ου	ᾳ	αν	αι	ῶν	αις	ας

Sing. Χρύσης	χρύσου	χρύσῃ	χρύσην
Plur. Χρύσαι	χρυσῶν	χρύσαις	χρύσας
Sing. Αἰνείας	αἰνείου	αἰνείᾳ	αἰνείαν
Plur. Αἰνεῖαι	αἰνειῶν	αἰνείαις	αἰνείας

Vocativus singularis primæ declinationis fit à nominativo abjiciendo σ, ut ὁ χρύσης, ὦ χρύση; ὁ αἰνείας, ὦ αἰνεία.

Secunda Declinatio.

Secunda declinatio terminationes habet η, & α, generis fœminini, ut ἡ τιμὴ, honor; ἡ μȣ̃σα, muſa. Obliqui ſunt qui ſequuntur.

	Sing.			Plur.			
Nom.	Ge.	Dat.	Ac.	No.	Ge.	Da.	Ac.
η	ης	ῃ	ην	αι	ῶν	αις	ας
α	ης	ῃ	αν				

Sing.	Τιμὴ	τιμῆς	τιμῇ	τιμὴν
Plur.	Τιμαὶ	τιμῶν	τιμαῖς	τιμὰς
Sing.	Μȣ̃σα	μȣ́σης	μȣ́σῃ	μȣ̃σαν
Plur.	Μȣ̃σαι	μȣσῶν	μȣ́σαις	μȣ́σας

Omnes terminationes ſequuntur articulum fœmininum, excepto accuſativo ſingulari à nominativo α, qui eſt αν,

Finita in δα, θα, ρα, item finita in α, purum, ſcilicet præcedente vocali, faciunt genitivum in ας, & dativum in ᾳ, ut μάρθα, μάρθας, μάρθᾳ &c. Martha. βασιλεία, βασιλείας, βασιλείᾳ &c. regnum.

Genitivi plurales primæ, & ſecundæ declinationis circumflectuntur, ut τῶν αἰνειῶν, τῶν μȣσῶν &c. Excipe tamen adjectiva fœminina derivata à maſculinis in ος, quæ accentum ſuo loco non movent, ut ὁ ἅγιος, ſanctus, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων, ſanctarum, & ſanctorum.

Tertia Declinatio.

Tertia declinario terminationes habet ος, & ον; sed ος generis masculini, fœminini, & communis, ut ὁ λόγος, sermo, — ἡ βίβλος, liber — ὁ, καὶ ἡ ἄνθρωπος, hic, & hæc homo; ον, verò generis neutri, ut τὸ βιβλίον, libellus. Obliqui sunt qui sequuntur.

	Sing.				Plur.			
		Ge.	Da.	Ac.	No.	Ge.	Dat.	Ac.
Nom. —	ος	ου	ῳ	ον	οι	ων	οις	ους
	ον	ου	ῳ	—	α	ων	οις	—

Sing. Λόγος λόγου λόγῳ λόγον
Plur. Λόγοι λόγων λόγοις λόγους

Idem dicas de fœminino βίβλος, & de communi ἄνθρωπος. Neutrum autem ut sequitur.

Sing. Βιβλίον βιβλίου βιβλίῳ ——
Plur. Βιβλία βιβλίων βιβλίοις ——

Quarta Declinatio.

Quarta declinatio terminationes habet ως, & ων, sed ως generis masculini, fœminini, & communis, ut ὁ Μενέλεως, Menelaus — ἡ ἅλως, area, — ὁ, καὶ ἡ εὔγεως, hic, & hæc fertilis — ων verò generis neutri, ut τὸ εὔγεων fertile. Obliqui sunt qui sequuntur.

Sing.

	Sing.				Plur.			
	Ge.	Da.	Ac.		No.	Ge.	Da.	Ac.
Nom.—	ως	ω	ῳ	ων	ῳ	ων	ῳς	ως
	ων	ω	ῳ	—	ω	ων	ῳς	—

Sing. Μενέλεως, μενέλεω μενέλεῳ μενέλεων
Plur. Μενέλεῳ μενέλεων μενέλεῳς μενέλεως

Idem dicas de fœminino ἅλως, & de communi εὔγεως, cujus neutrum εὔγεων ita se habet.

Sing. Εὔγεων εὔγεω εὔγεῳ ——
Plur. Εὔγεω εὔγεων εὔγεῳς ——

Hæc declinatio Atticorum est, qui eam deducunt à tertia, mutando vocales finales ο, vel α, in ω; sed si ο adjunctum habet ι, subscribitur, si υ, abjicitur. α, occurrit in solo plurali neutrorum. Singula recense in allatis exemplis.

Quinta Declinatio.

Quinta declinatio terminationes habet sexaginta sex, omnium generum, quas in Compendio perperam describeremus. Obliquorum terminationes sunt quæ sequuntur sed neutrorum nominativus pluralis exit in α,

Sing.				Plur.			
No.	Ge.	Dat.	Ac.	No.	Ge.	Dat.	Ac.
——	ος	ι	α	ες	ων	σι	ας

Cum tot ſint terminationes nominativi quintæ declinationis, nos contenti erimus unum paradigma ſingulorum generum declinare, ad quod reliqua omnia reducantur. Sit igitur pro maſculino ὁ τιτὰν, ſol; pro fœminino ἡ λαμπὰς, lampas; pro neutro τὸ βῆμα, tribunal.

Sing.	Τιτὰν	τιτᾶνος	τιτᾶνι	τιτᾶνα
Plur.	Τιτᾶνες	τιτάνων	τιτᾶσι	τιτᾶνας

Sing.	Λαμπὰς	λαμπάδος	λαμπάδι	λαμπάδα
Plur.	Λαμπάδες	λαμπάδων	λαμπάσι	λαμπάδας

Sing.	Βῆμα	βήματος	βήματι	——
Plur.	Βήματα	βημάτων	βήμασι	——

Accuſativus hujus declinationis exit in α, τὸν τιτᾶνα, ſed nomina in ις, υς, αυς, ους, declinata purè faciunt accuſativum vertendo ς, nominativi in ν, ut ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος, ſerpens; ὁ βότρυς, τοῦ βότρυος, racemus, τὸν ὄφιν, τὸν βότρυν; aliqua tamen iſtorum exeunt etiam in α, maximè apud Poetas.

Gravitona in ις, & υς, declinata impure utrumque faciunt, hoc eſt, vel vertunt ος, genitivi in α, vel vertunt σ, nominativi in ν; ut ἡ ἔρις, τῆς ἔριδος, lis, litis, in accuſativo fuit tàm ἔριδα, quàm ἔριν. Sed quando habent accuſativum in ν, intelliguntut declinata purè, more Jonico.

Dativus pluralis fit vel à nominativo, vel à dativo ſingulari: ✠ A nominativo ſi nomen deſinit in ξ, aut ψ, vel ſi deſinit

in

in σ, præcedente liquida, aut diphthongo, in his enim ſi nominativo addas ι, habebis dativum pluralem, ut ὁ φύλαξ, cuſtos, τοῖς φύλαξι — ἡ ἅλς, mare, ταῖς ἅλσι — ὁ βασιλεὺς, Rex, τοῖς βασιλεῦσι &c. A dativo in cæteris, ſed conſideranda hæc, quæ ſequuntur.

Primo — ι, purum aſſumit σ, ante ſe, ut ὁ ὄφις, τῷ ὄφιι, τοῖς ὄφισι.

Secundo — ει purum aſſumit σ, ante ι, ut ὁ σωτὴρ, ſalvator, τῷ σωτῆρι, τοῖς σωτῆρσι; — ει, vero impurum vertit ι, in ασι, ut ὁ Πατὴρ, Pater, τῷ πατέρι, & per ſyncopen τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι.

Tertio — τι — δι — θι — νι, mutantur in σι, ut

ἡ λέβης, — ητος — ητι, ταῖς λέβησι. lebes.

ἡ λαμπὰς — άδος — άδι, ταῖς λαμπάσι. lampas.

ἡ ὄρνις — ιθος — ιθι, ταῖς ὄρνισι. avis.

ὁ τιτὰν — ᾶνος — ᾶνι, τοῖς τιτᾶσι. ſol.

Si tamen ante τ, fuerit ν, abijcitur, hoc modo — εντι, & — οντι, facerent — εσι, & — οσι, ſed aſſumptis ſubjunctivis faciunt εισι, & — ουσι, ut

ὁ τιθεὶς — έντος — έντι — έσι, τοῖς τιθεῖσι. Ponens.

ὁ λέων — οντος — οντι — οσι, τοῖς λέουσι. Leo.

Hoc ideo fit quia penultima dativi pluralis quando fit à dativo ſingulari eamdem debet habere quantitatem; vocalis igitur

quæ in singulari producebatur positione duarum consonantium, in plurali producitur diphthongo.

Diximus jam vocativum quintæ declinationis plerumque similem esse nominativo, quod novitiis hic sufficere putamus, legendi magis, quam scribendi solicitis. ✱

DE DECLINATIONIBUS CONTRACTORUM.

NOmina contracta dicuntur ea, in quibus duæ syllabæ contrahuntur in unam. Fiunt hæc ex quinta simplicium, à qua differunt sola arbitraria contractione aliquorum casuum. Quinque declinationibus distinguuntur. Contractiones sunt quatuor, quæ fiunt hoc modo.

1. Genitivi — εος contrahitur in ους
2. Dat. ——— εϊ ——— in ει
3. Accus. —— εα ——— in η
4. Gen. plur. εων ——— in ων

Contractio secunda fit etiam in tribus casibus pluralibus desinentibus in ς, hoc est Nom. Accusat. & Vocativo.

In quinta declinatione genitivi contrahuntur in ω; reliqui casus contrahuntur in α;

Prima

Prima Declinatio Contractorum.

Prima declinatio contractorum terminationes habet tres, ης, ες, & ος; Sed ης, generis masculini, fœminini, & communis, ut ὁ Δημοσθένης, Demosthenes — ἡ τριήρης, triremis — ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, verus, & vera; ες, & ος generis neutri, ut τὸ ἀληθὲς, verum — τὸ τεῖχος murus. Finita in ης, singulariter habent tres primas contractiones; pluraliter habent quartam, ut videre est in sequenti paradigmate.

Dativus pluralis in nulla contrahitur declinatione, singularis in omnibus.

Sing.

No.	Δημοσθένης			
Gen.	Δημοσθέν ——	εος ——	ους	1.
Dat.	Δημοσθέν ——	εϊ ——	ει	2.
Ac.	Δημοσθέν ——	εα ——	η	3

Plur.

Δημοσθέν ——	εες ——	εις	2.
Δημοσθεν ——	έων ——	ῶν	4.
Δημοσθένεσι			
Δημοσθέν ——	εας ——	εις	2.

Terminationes ες, & ος, singulariter habent contractiones primam, & secundam, pluraliter tertiam, & quartam, hoc modo.

	Sing.		Plur.	
No.	Τεῖχ☉		Τείχ - εα - η	3
Gen.	τείχ - εος - ους	1.	τειχ - έων - ῶν	4
Dat.	τείχ - εϊ - ει	2.	τείχεσι ———	

Secunda Declinatio Contractorum.

Secunda declinatio contractorum terminationes habet ις, & ι; Sed ις, generis masculini, & fœminini, ut ὁ ὄφις, serpens, — ἡ πόλις, civitas; & ι, generis neutri, ut τὸ σίνηπι, sinapi. Hæc declinatio inflectitur vel communiter per ιος, vel Atticè per εως, & contrahitur solùm dativus, vel communiter ιι, in ι, vel Atticè εϊ, in ει. Contractio tribuitur etiam tribus casibus pluralibus sive in σ, sive aliter desinentibus. Erit igitur inflectio communis hoc modo.

	Sing.	Plur.
No.	Ο'φις	Ο'φ — ιες — ις
Gen.	ὄφιος	ὀφίων
Dat.	ὄφ — ιι — ι	ὄφισι
Ac.	ὄφιν	ὄφ — ιας — ις

Infle-

Inflexio Attica, hoc modo

No.	Ὄφις	Ὄφ — εες — εις
Gen.	ὄφεως	ὄφεων
Dat.	ὄφ — εϊ — ει	ὄφεσι
Ac.	ὄφιν	ὄφ — εας — εις

In genere neutro inflexio communis est.

	Sing.	Plur.
No.	Σίνηπι	Σινήπ — ια — ι
Gen.	σινήπιως	σινηπίων
Dat.	σινήπ — ιι — ι	σινήπισι

Inflexio Attica est

No.	Σίνηπι	Σινήπ — ια — ι
Gen.	σινήπεως	σινήπεων
Dat.	σινήπ — εϊ — ει	σινήπεσι

Hæc nomina Jonicè inflectuntur per εος, sed nullibi fit contractio, ut ὄφις, ὄφεος, ὄφεϊ, ὄφιν &c.

Tertia Declinatio Contractorum.

Tertia declinatio contractorum habet unam terminationem εὺς, generis masculini, ut ὁ Βασιλεὺς Rex. Genitivus communis est εος, sed usitatior atticus εως.

In utraque inflectione contrahitur dativus singularis εϊ, in ει, & accusativus εα, in η, hoc modo.

Sing.

	Sing.	Plur.
No.	Βασιλεὺς	Βασιλ — έες — εῖς
Gen.	Βασιλέως	Βασιλέων
Dat.	Βασιλ — έϊ — εῖ	Βασιλεῦσι
Ac.	Βασιλ — έα — ῆ	Βασιλ — έας — εῖς

Jonicè hæc nomina inflectuntur per ηος, sed nusquam fit contractio, ut Βασιλεὺς, Βασιλῆος, Βασιλῆι &c.

Quarta Declinatio Contractorum.

Quarta declinatio contractorum duas habet terminationes, ω, & ως, generis fœminini, ut ἡ Λητὼ, Latona, — ἡ αἰδὼς, verecundia. Horum vocativus est οῖ, ut ὦ λητοῖ. Contrahuntur solum tres casus singulares hoc modo.

Nom. Λητὼ, gen. λητόος —— οῦς, dat. λητόϊ —— οῖ, accus. λητόα —— ώ. Casus duales, & plurales sequuntur articulum masculinum, nempe Plur. nominat. λητοὶ, λητῶν, λητοῖς, λητὼς. Dual. nomin. accusat. vocat. λητώ; genit. dat. λητοῖν.

Nominativus ω, contrahit accusativum όα, in ώ, acutum; nominativus ως, in ῶ, circumflexum.

Quinta Declinatio Contractorum.

Quinta declinatio contractorum habet terminationes ας, purum, & ρας, utramque generis neutri, ut τὸ κρέας, caro —— τὸ κέρας, cornu. In hac declinatione ex inflexione communi ατος, Jonicè eximitur τ, deinde fit contractio Attica, in genitivis per ω, in reliquis casibus per α, & si occurrit ι, subscribitur, hoc modo.

	Sing.	Plur.
No.	Κρέας	Κρέ - ατα - αα - α
Ge.	κρέ - ατος - αος - ως	κρε - άτων - άων - ῶν
Da.	κρέ - ατι - αϊ - ᾳ	κρέασι ————

Eodem modo κέρας, κέρατος, κέραος, κέρως &c.

De numero Duali.

Numerus dualis omnium declinationum duas tantum habet terminationes; servit enim terminatio prior nominativo, accusativo, & vocativo; posterior genitivo, & dativo. Sunt autem in declinatione prima, & secunda terminationes ᾰ, αιν — in tertia ω, οιν — in quarta ω, ῳν — in quinta ε, οιν.

Dua-

Dualia contractorum in secunda, & tertia declinatione videntur non contrahi, est enim apud Isocratem τὰ πόλεε ταύτα, & in Panegyr. τοῖν πολέοιν ταύταιν, duabus istis civitatibus. Itaque apud Platonem τὼ υἱέε, duo filii; à nominativo ὁ υἱεὺς. In quarta contrahuntur (ut vidimus) solùm tres casus singulares; remanent ergo solum declinationes prima, & quinta, in quibus si occurrat εε contrahuntur in η; Si αε, contrahuntur in α; Si εοιν, contrahuntur in οῖν.

Otio non pœnitendo tardiores hæc per se ipsos prosequantur in singulis declinationibus numeris, & generibus, addendo etiam articulos præpositivos.

Annotationes in Nomina Contracta.

SUnt quædam nomina, quæ etiam si declinationibus contractorum non comprehendantur, contrahunt tamen quædam aliquos, & quædam omnes casus. Omnes casus contrahunt plura participia verborum circumflexorum, quæ videbimus suo loco; itaque quædam substantiva, & quædam adjectiva in οος, & εον, quæ ita contrahuntur. Penultimæ syllabæ vocalis brevis si post se habuerit vocalem pariter brevem, con-

tra-

trahitur in ους, ut νόος, νοῦς, mens, mentis; ὀστέον, ὀστοῦν, ος, offis; fecus ipfa brevis evanefcit, ut ὀστέα, ὀστᾶ; α, enim eft vocalis anceps.

In aliquibus folùm cafibus contrahuntur maximè definentia in υ, υς, ους, & comparativa in literam ν. Quæ à nominativo υς, habent genitivum υος, contrahunt folùm tres cafus plurales definentes in σ, hoc modo ὁ ἰχθὺς, τοῦ ἰχθύος, pifcis, οἱ ἰχθύες, τοὺς ἰχθύας, ὦ ἰχθύες contrahuntur in ἰχθεῖς.

Comparativa in literam ν, finientia contrahunt terminationem ονα in ω, & terminationes ονες, & ονας, in ους, hoc modo; ὁ, καὶ ἡ μείζων, major, τὸ μεῖζον, majus. contrahunt τὸν, καὶ τὴν, καὶ τὰ μείζονα in μείζω —— οἱ, καὶ ὦ μείζονες, τοὺς, καὶ τὰς μείζονας, contrahunt in μείζους. Confultò hic omittimus alia pauca tamquam minus obvia.

Annotationes in nomina Heteroclita, five Anomala.

Heteroclita, five Anomala funt, quæ à communi aliorum regula deflectunt, & in declinando aliquid aliunde fumunt. Variant hæc aut genus, aut declinationem, aut terminationem, aut plura fimul. Nos fingulorum paradigmata ponemus.

Ge-

Genus variant ὁ νῶτος, tergum — ὁ σαθμὸς; libra, statio — ἡ τάρταρος, tartarus — ἡ κέλδ-θος, via; hæc pluraliter sunt neutra, τὰ νῶτα, τὰ σαθμὰ, τὰ τάρταρα &c.

. Declinationem variant quædam nomina propria primæ declinationis contractorum, in ης, quæ declinantur etiam primam simplicium, ut ὁ ἀρισοφαύης — εος, εϊ, &c. vel ἀρισοφαύης — νȣ, νη. Sic etiam composita ab ἔτος, annus, ut ὁ ἑπταέτης, — εος, — ει &c. vel ἑπταέτης — τȣ, — τη &c septennis, διέτης — τεος, — τει, vel διέτης — τȣ, — τη — την, &c. biennis; τριέτης, τετραέτης, &c. triennis, quadriennis &c.

Terminationem variant inter cætera, ὁ ζὰς, & in vocativo ὦ ζεῦ, Juppiter, hoc est juvans Pater, qui reliquos casus sumit ab inusitato Δὶς, διὸς, διῒ, δία &c. — τὸ γάλα, τȣ͂ γάλακτος, lac, factum tamquam à nominativo γάλαξ — τὸ ὕδωρ, τȣ͂ ὕδατος, aqua, tamquam ab ὕδας — ἡ γυνὴ, τῆς γυναικὸς, mulier, tamquam ab inusitato γυνάιξ — Item duo adjectiva μέγας, magnus, & πολὺς, multus, quæ accusativum masculinum faciunt μέγαν, & πολυὺ, neutrum verò μέγα, & πολὺ, sed reliquos casus sumunt ab inusitatis μεγάλος, & πολλός. Hæc duo erunt igitur usitata in omni genere, & numero, dummodo ultima syllaba non habeat ο, extra diphthongum, hoc modo.

ὁ Μέ-

ὁ Μέγας, μεγάλυ, μεγάλῳ, μέγαν, οἱ μεγάλοι &c.
ἡ Μεγάλη, μεγάλης, μεγάλῃ, μεγάλην &c.
τὸ Μέγα, μεγάλυ, μεγάλῳ &c.
ὁ Πολὺς, πολλῦ, πολλῷ, πολυν, οἱ πολλοὶ &c.
ἡ Πολλὴ πολλῆς πολλῇ πολλὴν &c.
τὸ Πολὺ, πολλῦ, πολλῷ &c.

Plura simul variant v. g. ὁ σκότος, τῦ σκότυ, & τὸ σκότος, τῦ σκότεος, tenebræ, in quo variatur genus, & declinatio — ὁ υἱὸς, τῦ υἱῦ, & ὁ υἱεὺς, τῦ υἱέος, filius, in quo variatur declinatio, & terminatio ——————
ἡ δίψα, τῆς δίψις, & τὸ δίψος, τῦ δίψεος, sitis — ἡ βλάβη, τῆς βλάβης, & τὸ βλάβος, τῦ βλάβεος, damnum; in his variatur genus, declinatio, & terminatio. ✠

Heteroclitis annumerari possunt etiam hæc quæ sequuntur.

1. Ο' κύων, κυνὸς, κυνὶ, κυνα &c. canis, per syncopen pro κύονος, κύονις &c. — ὁ ἄρην, ἀρνὸς, ἀρνὶ, agnus, pro ἄρηνος, ἄρηνι &c.
2. Quinque in ηρ, quæ & ipsa patiuntur syncopen, ut ὁ ἀνηρ, vir, τῦ ἀνέρος, & per syncopen τῦ ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἄνδρα &c. interposito δ, post factam syncopen — ὁ πατὴρ, pater, — ἡ μήτηρ, mater, — ἡ θυγατὴρ, filia, — ἡ γαστὴρ, venter, quæ quatuor postrema habent syncopen solùm in genitivo, & dativo singulari τερος, τερι, & per syn-

ſyncopen τρος, τερ. Hæc quinque faciunt dativum pluralem à dativo ſingulari vertendo ι, in ασι, poſt factam ſyncopen, ut τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι, τῷ ἀνδρὶ, τοῖς ἀνδράσι &c.

3. Circumflexa quædam, quæ faciunt accuſativum quidem vertendo σ, nominativi in ν, reliquos verò caſus idem σ abjiciendo, ut ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, Jeſus.

4. Defectivum ἀλλήλων, mutuus inter ſe, quod pluralitur tantùm declinatur in genitivo, dativo, & accuſativo, quamvis in compoſitione habeat etiam ſingulare, ut ὁ, καὶ ἡ ἐπάλληλος, τὸ ἐπάλληλον, aliud ſuper aliud ita poſitum, ut nulla ſit intercapedo, unde adverbium ἐπαλλήλως. Hujus contrarium eſt ὑπάλληλος, & ὑπαλλήλως, ut ὑπάλληλος θέσις, cum aliud alii ita ſubjicitur ut nulla ſit intercapedo.

5. Numeralia cardinalia, quæ partim numero deficiunt, ut εἷς, δύο, τρεῖς, τέσσαρες &c. unus, duo, tres, quatuor &c., partim etiam declinatione, ut πέντε, quinque, ἕξ, ſex &c. uſque ad ἑκατὸν, centum. Ulterius rurſus declinantur, ut διακόσιοι, τριακόσιοι, &c. ducenti, trecenti &c. Omnia ſunt numeri pluralis præter εἷς, ſingularis, & δύο, dualis, quæ ſic declinantur.

Maſc.

Masc.	εἷς	ἑνὸς	ἑνὶ	ἕνα
Fœm.	μία	μιᾶς	μιᾷ	μίαν
Neut.	ἓν	ἑνὸς	ἑνὶ	——

Δύο, & Atticè δύω est nominativi, & accusativi, δυοῖν autem genitivi, & dativi, sed Atticè in fœmininis dicitur δυεῖν. Sic ἄμφω, ἀμφοῖν, ambo. Sunt hæc omnis generis sub una terminatione, cujusmodi nullum est aliud adjectivum. Quamvis δύο, & ἄμφω sint dualia, conjunguntur tamen dualibus æque ac pluralibus. Pluralia sunt generis communis, & neutri. Communia declinantur sic.

Τρεῖς	τριῶν	τρισὶ	τρεῖς
Τέσσαρες	τεσσάρων	τέσσαρσι	τέσσαρας

Neutra verò sic.

Τρία	τριῶν	τρισὶ	——
Τέσσαρα	τεσσάρων	τέσσαρσι	——

Ea quæ tres habent terminationes, ut διακόσιοι, διακόσιαι, διακόσια &c. declinantur regulariter sicut alia adjectiva in ος.

Quoniam numeralia attigimus non inutile fuerit pleniorem numerandi rationem traddere. Duo igitur numeralium genera consideranda sunt, Cardinalia, & Ordinalia; distributivis enim carent Græci, sed aliter supplent, ut eum dicunt δύο δύο, bini — ἀνὰ τέσσαρες, quaterni &c.

Cardinalia numerum absolutè significant tamquam cardinem numeri, ut εἷς, δύο, τρεῖς, τέσσαρες, πεύτε, ἓξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, unus, duo, tres, usque ad novem.

Δέκα, ἕνδεκα, δώδεκα (vel δυοκαίδεκα, sed poëticè) δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπεύτε, δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, decem, undecim, usque ad viginti.

Εἴκοσι, εἰκοσιεύ, εἰκοσιδύο &c. viginti, viginti unum &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, &c. triginta, quadraginta, quinquaginta &c.

Ἑκατὸν, centum. Διακόσιοι, ducenti, τριακόσιοι, τετρακόσιοι &c.

Χίλιοι, mille, δισχίλιοι, bismille, τρισχίλοι, τετρακισχίλιοι, &c. bismille, ter mille &c. Μύριοι, δισμύριοι &c. decies mille &c.

Quod Latini dicunt undeviginti, duodeviginti, undetriginta, duodetriginta, &c. id etiam Græci eleganter dicunt tribus hisce modis per participium verbi δέω; ut ἑνὸς δέοντος εἴκοσι, vel ἑνὸς δέοντες εἴκοσι, vel ἑνὸς δέον εἴκοσι.

Ordinalia numerum significant in ordine, ut πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔννατος, primus, secundus, tertius &c.

Δέ-

Δέκατος, ἑνδέκατος, δωδέκατος, τρισκαιδέκατος, (abjecto ε, ἀπὸ τῦ τρεῖς) τεσσαρακαιδέκατος, πεντεκαιδέκατος, ἑκκαιδέκατος, ἑπτακαιδέκατος, ὀκτωκαιδέκατος, ἐννεακαιδέκατος, decimus, undecimus, &c. Dicunt etiam Græci: Δέκατος πρῶτος, Decimus primus &c. δέκατος δεύτερος, δέκατος τρίτος, δέκατος τέταρτος, δέκατος πέμπτος, δέκατος ἕκτος, δέκατος ἕβδομος, δέκατος ὄγδοος, δέκατος ἔννατος.

Εἰκοστὸς, vigesimus, εἰκοστὸς πρῶτος, vigesimus primus, &c. τριακοστὸς, trigesimus, τριακοστὸς πρῶτος, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus &c.

Ἑκατοστὸς, centesimus, διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς &c. ducentesimus, tricentesimus &c.

Χιλιοστὸς, δισχιλιοστὸς, τρισχιλιοστὸς, millesimus, bis millesimus, &c.

Μυριοστὸς, δισμυριοστὸς, τρισμυριοστὸς, decies millesimus, vicesies millesimus, &c.

Ab Ordinalibus fiunt quædam finita in αῖος, quæ dierum fere spatium significant, & latinè reddi possunt per desinentiam in *anus*, ut τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, tertianus, quartanus, quintanus, &c.

Sunt etiam substantiva in ας, ut μονάς, δυάς, τριάς, τετράς, πεντάς, ἑξάς, ἑπτάς, & ἑβδομάς,

μὰς, ὀγδοὰς, ἐννεὰς, δεκὰς, monas, dyas, (reperitur, & duitas) trias, vel trinitas, vel ternio, quaternio, vel quaternarius, quinternio, vel quinternarius; ſenio, vel ſenarius, ſeptennarius, vel hebdomas, octonarius, novennarius, decas, &c Χιλιὰς, μυριὰς, mille, decem mille, &c. Ex Græcis non ſolum manent apud Latinos monas, & dyas, ſed interdum etiam alia, ut decas, Chilias, Myrias, &c.

Finita in — ακόσιοι fiunt a ſuis adverbiis finitis in ις, & quidem à δὶς, & τρὶς vertendo σ, in reliquis vertendo ις, in ακόσιοι; unde ab adverbiis δίς, τρίς, τετράκις, πεντάκις, ἑξάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, ἐννεάκις, bis, ter, quater, quinquies, &c. fit διακόσιοι, τριακόσιοι, τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, &c.

Ordinalia in οστὸς fiunt à Cardinalibus vertendo ο, cum eo quod ſequitur, in οστὸς, ut εἴκοσι, εἰκοστὸς, &c. ſic ὀλιγοστὸς paucis comitatus, & πολλοστὸς multis comitatus.

De Comparatione.

Comparationes uſitatiores fiunt in nominibus adjectivis tertiæ declinationis in ος, & quintæ in ων, ης, ας, itemque in adjectivis acutis in ύς. Comparatio triplex eſt, regularis, irregularis, & utroque modo facta.

Com-

Comparatio regularis est quando comparativus τερος, & superlativus τατος certa quadam, & communi regula fiunt à suo positivo, hoc modo

In declinatione tertia vertitur ος in ότερος, ότατος per ο, si præcedens syllaba est longa vel natura ut κῦφος, levis; vel positione, ut ὀρθὸς, rectus; vel auctoritate (in iis scilicet, in quibus vocalis anceps à Poetis producitur) ut εὔτιμος, honoratus. Si autem præcedens syllaba est brevis, vel naturà, ut σόφος, sapiens, vel auctoritate (in iis scilicet, in quibus vocalis anceps corripitur,) ut δόκιμος, probus, vertitur ος in ώτερος, ώτατος per ω ✠ hoc modo;

κῦφος, κυφότερος, κυφότατος. levis, levior, levissimus.
ὀρθὸς, ὀρθότερος, ὀρθότατος. rectus, rectior, &c.
εὔτιμος, εὐτιμότερος, εὐτιμότατος. honoratus, &c.
σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος. sapiens, sapientior, &c.
δόκιμος, δοκιμώτερος, δοκιμώτατος. probus, probior, &c.

Masculinum ος, fœmininum facit η, neutrum ον, ut πιστὸς, πιστὴ, πιστὸν, fidelis, & fidele; sed si ο, est purum fœmininum erit α, ut ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, sanctus, sancta, item si præcedat ρ, ut πονηρὸς, πονηρὰ, improbus, improba, &c. Excipe ὄγδοος, ὀγδόη, octavus, octava, &c.

Attici communiter usurpant adjectiva in ος, in compositis, & derivatis frequentissimè, ut ὁ,

καὶ ἡ εὔδοξος, τὸ εὔδοξον, glorioſus — ὁ, καὶ ἡ δόκιμος, probus, & proba &c. in reliquis autem rarò, præterquàm in poeſi, in qua longè ſunt liberrimi.

In declinatione quinta comparatio quatuor dictarum terminationum fit hoc modo; ων aſſumit τερος ad maſculinum nominativi pluralis; reliquæ tres terminationes ης, ας, ύς, ad neutrum nominativi ſingularis, hæ quatuor terminationes variantur per tria genera aliæ ſub duabus, aliæ ſub tribus terminationibus, hoc modo.

Communia in ων, & ης, habent terminationem neutram in ον, & ες; ut ὁ, καὶ ἡ σώφρων, καὶ τὸ σῶφρον, prudens, & in nominativo plurali, οἱ σώφρονες, unde fit comparativum σωφρονέσ — τερος, & ſuperlativum σωφρονέσ — τατος, prudentior, prudentiſſimus. — ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, καὶ τὸ ἀληθὲς, verum, unde fit comparativum ἀληθέσ — τερος, ἀληθέσ — τατος, verior, veriſſimus.

Reliquæ duæ terminationes variantur hoc modo.

- ας - αινα - αν. Ut ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν, niger, &c.

ὺς - εῖα - ύ. Ut ὁ εὐρὺς, ἡ εὐρεῖα, τὸ εὐρὺ, latus, &c.

In his addendo τερος ad neutrum ſingulare, fit

μελαν - τερος - τατος. Niger, nigrior, nigerrimus.

εὐρύ - τερος - τατος. Latus, latior, latiſſimus.

Com-

Comparatio Irregularis.

Irregulariter hoc eſt non ſervata ſuperiori lege comparantur duodecimo adjectiva, quorum novem deſinunt in *ος*, & tria in *ων*, *ας*, *υς*, ſunt autem quæ ſequuntur.

1.	Ἀγαθὸς —	ἀμείνων, ἄριστος βελτίων, βέλτιστος κρείτων, κράτιστος	bonus, melior, optimus.
2.	Κακὸς —	κακίων, κάκιστος χείρων, χείριστος	malus, pejor, peſſimus.
3.	Καλὸς	καλλίων, κάλλιστος.	pulcher, pulchrior, &c.
4.	Αἰσχρὸς	αἰσχίων, αἴσχιστος.	deformis, deformior, &c.
5.	Φίλος	φίλτερος, φίλτατος.	amicus, amicior, &c.
6.	Ἐχθρὸς	ἐχθίων, ἔχθιστος.	inimicus, &c.
7.	Ἐῤῥωμένος	— έστερος, — έστατος.	validus, validior, &c.
8.	Λάλος	λαλίστερος, — ίστατος.	loquax, &c.
9.	Ῥάδιος	ῥάων, ῥᾷστος.	facilis, facilior, &c.
10.	Πέπων	πεπαίτερος, — αίτατος.	maturus, maturior, &c.
11.	Μέγας	μείζων, μέγιστος.	magnus, major, &c.
12.	Πολὺς	πλείων, πλεῖστος.	multus, plus, plurimus.

Comparatio utroque modo facta.

Regulariter, vel irregulariter comparantur quatuor, quorum duo desinunt in ος, & duo in υς, nempe μακρός, longus, μικρός, parvus, ἡδύς, jucundus, ταχύς, velox. Hæc vel comparantur regulariter ut supra, vel irregulariter ut infra.

1. Μακρὸς,	μάσσων,	μήκιστος. longus, longior, longissimus.
2. Μικρὸς,	ἐλάττων, ἥττων, μείων,	ἐλάχιστος. parvus, minor, minimus.
3. Ἡδὺς	ἡδίων,	ἥδιστος. suavis, suavior, &c.
4. Ταχὺς	ταχίων,	(vel θάσσων, vel θάττων) τάχιστος, velox &c.

CAPUT III.

De Pronomine.

PRonomina sunt loco nominis tàm personæ, quàm rei, ut ἐγὼ, pro Petrus; ἐκείνη pro domus, τοῦτο, pro lignum, de quibus fortè sermo sit. Sunt autem pronomina alia primitiva, alia possessiva, alia composita, alia demonstrativa, alia relativa, alia infinita.

I. Primitiva sunt tria, ἐγὼ, ego, pro prima persona — σὺ, tu, pro secunda — ὃς, Italicè

egli,

egli, pro tertia; quamquam ὃς, ſit potius relativum, quàm primitivum, nam hoc primitivum caret nominativo, & incipit à genitivo οὗ, æquè ac incipiat primitivum *ſui* Latinorum. Hæc tria ſic declinantur.

Sing.				Plur.			
Nom.	Gen.	Dat.	Ac.	No.	Gen.	Dat.	Ac.
ἐγὼ	ἐμοῦ	ἐμοὶ	ἐμὲ	ἡμεῖς	ἡμῶν	ἡμῖν	ἡμᾶς
σὺ	σοῦ	σοὶ	σὲ	ὑμεῖς	ὑμῶν	ὑμῖν	ὑμᾶς
ὃς	οὗ	οἷ	ἓ	σφεῖς	σφῶν	σφίσι	σφᾶς

Dual.

N. A. V.	G. D.
νὼ	νῷν
σφὼ	σφῷν
σφὲ	σφὶν

Obliqui ſingulares primitivi ἐγὼ, admittunt aphæreſin, & tunc ſunt enclitici, μοῦ, μοῖ, μὲ, &c.

II. Poſſeſſiva ſunt octo, & fiunt à genitivis primitivorum, tria à ſingularibus vertendo ου, in ος; ab ἐμοῦ fit ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν, meus, mea, meum; à σοῦ fit σὸς, σὴ, σὸν, tuus, tua, tuum; ab οὗ fit ὃς, ἣ, ὃν, ſuus, ſua, ſuum.

Tria item fiunt à pluralibus vertendo ων, in ετερος; ab ἡμῶν fit ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτερον, noſter, noſtra, noſtrum, ab ὑμῶν fit ὑμέτερος, ὑμετέρα, ὑμέτερον, veſter, veſtra, veſtrum; à σφῶν fit σφέτερος, σφετέρα, σφέτερον, ſuus illorum, ſua illorum, ſuum illorum.

Duo

Duo item fiunt à dualibus vertendo ῷν in ωΐτερος; sic à νῷν fit νωΐτερος, νωϊτέρα, νωΐτερον, noster duorum, nostra duorum, nostrum duorum; à σφῷν fit σφωΐτερος, σφωϊτέρα, σφωΐτερον, vester duorum, vestra, &c.

Possessivorum loco frequentissimè utimur genitivis primitivorum, ut ὑιός μου, filius meus, pro ὑιός ἐμός. In tertia persona pro ὅς, ἥ, ὅν, non tam sumitur primitivum οὗ, quàm compositum ἑαυτοῦ, vel relativum αὐτοῦ. Sic pro σφέτερος non tam sumitur primitivum σφῶν, quàm compositum ἑαυτῶν, vel relativum αὐτῶν.

III. Tria sunt composita ex primitivis, & relativo αὐτός; nempe ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, & ἑαυτοῦ, mei ipsius, tui ipsius, & sui ipsius, quæ tres solum habent casus singulares; ἑαυτοῦ habet etiam tres plurales, nempe ἑαυτῶν, quod quadrat in omnes personas — ἑαυτοῖς, ἑαυταῖς, — ἑαυτοὺς, ἑαυτὰς, ἑαυτά. Pro σεαυτοῦ, & ἑαυτοῦ, dicimus etiam σαυτοῦ, & αὑτοῦ, abjiciendo ε etiam hic, quemadmodum factum est in ἐμαυτοῦ, ubi numquam dicimus ἐμεαυτοῦ.

IV. Demonstrativa sunt duo, οὗτος, hic, & ἐκεῖνος, ille, ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο declinatur regulariter sicut articulus; οὗτος verò, & αὕτη in singulari, & οὗτοι, & αὗται in plurali, habent spiritum asperum; cætera in principio habent τ, hoc modo.

Sing.

	Sing.				Plur.			
Masc.	ὗτος	τȣ́τȣ	τȣ́τῳ	τȣ̃τον	ὗτοι	τȣ́των	τȣ́τοις	τȣ́τȣς
F.	αὕτη	ταύτης	ταύτῃ	ταύτην	αὗται	τȣ́των	ταύταις	ταύτας
Neut.	τȣ̃το	τȣ́τȣ	τȣ́τῳ	——	ταῦτα	τȣ́των	τȣ́τοις	——

V. Relativum *αὐτὸς*, ipse, omnium est personarum, *αὐτὸς ἐγὼ*, ipse ego; *αὐτὸς σὺ*, tu ipse, *αὐτὸς ἐκεῖνος*, ille ipse. Declinatur regulariter sicut articulus; *αὐτὸς αὐτὴ αὐτὸ* &c.

VI. Infinitum *δεῖνα* est omnis generis, & valet, quidam, quædam, quoddam. Hoc utuntur Græci cum certum hominem, aut certam rem significare volunt, neque tamen nominare. Itali dicunt, un tale, una certa persona, una certa cosa. Mediolanenses hoc infinitum inclinant, cum taxantes hominem inertis ingenii, & affectionis, dicunt, eum esse un *τὸ δειναι*, vel abjecto *ι*, un *τὸ δενα*. Bellè Gregorius, *ἐγὼ τȣ̃ δεῖνος, καὶ ἡ δεῖνα μοι μήτηρ*; & Demosth. de Corona *ὁ δεῖνα τȣ̃ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε*. Variat autem in declinando, nam vel est indeclinabile, *ὁ δεῖνα*, *τȣ̃ δεῖνα*, &c. vel declinatur per quintam, *ὁ δεῖνα*, *τȣ̃ δείνατος*, *δείνατι*, &c. vel facta syncope *δεῖνα*, *δεῖνος*, *δεῖνι*, *δεῖνα* &c. atque hoc ultimum est, quo communiter utimur.

CA-

CAPUT IV.

De verbo Barytono.

VErba barytona ideo dicuntur βαρύτονα quia ſemper exeunt in ω, grave, nullo accentu notatum. Horum conjugationes ſunt ſex; ſingulæ propriis characteriſticis literis diſtinguntur. Rudioribus proderit hic repetere quæ diximus de diviſione literarum.

In prima conjugatione characteriſticæ ſunt π. β. φ. —— in ſecunda κ. γ. χ. — in tertia τ. δ. ϑ. —— in quarta ζ, et σσ. —— in quinta quatuor liquidæ λ. μ. ν. ρ. —— in ſexta ω, purum, quod ω, ſi addas prædictis characteriſticis exurgent terminationes ſex conjugationum verborum barytonorum, quarum conjugationum terminationes temporis præſentis, futuri, & præteriti perfecti ſunt quæ ſequuntur.

In prima conjugatione. Præſens πω, βω, φω —— Futurum ψω, —— Perfectum φα. Primæ mutæ in præſenti; prima duplex in futuro; prima aſpirata in præterito.

πω — Τέρπω — τέρψω — τέρφα — delecto.
βω — Τρίβω — τρίψω — τρίφα — tero.
φω — Γράφω — γράψω — γράφα — ſcribo.

Addunt aliqui etiam terminationem πτω, quam heteroclitam reputant alii, format enim tempora ex tribus prædictis. In tradenda tamen

ba-

barytonorum inflexione, nos alios Grammaticos ſequentes, verbum τύπτω paradigmatis loco adhibebimus.

futurum; Nam à præsenti εἰμὶ veniret medium ἔμαι, à quo rursus imperfectum ἤμlω (quod aliqui dicunt esse plusquamperfectum,) & ἔσομαι futurum, quod regulariter fit. Sed nobis scire sufficiat hæc tempora esse communiter usitata. Reliqua quæ desiderantur, supplentur aliis verbis, puta γίγνομαι, τυγχανω, ὑπάρχω &c.

MODUS IMPERATIVUS.

I. & II. Præsens, & Imperfectum.

	Sing.	Plur.
1. & 2.	ἴσθι / ἔσο } ἔςω	ἔςε, ἔςωσαν, vel ἔςων per syncopen.

Reliqua tempora desiderantur, supplentur tamen &c.

MODUS OPTATIVUS.

I. & II. Præsens, & Imperfectum.

	Sing.			Plur.		
1. & 2.	Εἴηlω	εἴης	εἴη	Εἴημεν	εἴητε	εἴησαν

VII. Futurum Primum.

7.	Ἐσοίμlω	ἔσοιο	ἔσοιτο	Ἐσοίμεθα	ἔσοισθε	ἔσοιντο

Reliqua tempora desiderantur, supplentur tamen &c.

MODUS SUBJUNCTIVUS.

I. & II. Præsens, & Imperfectum.

Sing.			Plur.		
Ὦ	ᾖς	ᾖ	Ὦμεν	ἦτε	ὦσι

Reliqua tempora desiderantur, supplentur tamen &c.

MODUS INFIN.	PARTICIPIUM.
1. & 2. — Εἶναι	1. & 2. — ὁ Ὤν, ἡ οὖσα, τὸ ὄν
7. — Ἔσεσθαι	7. — Ἐσόμενος—μένη—μενον

Reliqua tempora desiderantur, supplentur tamen aliis verbis.

II. εἶμι, eo, vel ibo, ab ἴω.

MODUS INDICATIVUS.

I. Præsens.

	Sing.			Plur.		
1. ——	Εἶμι	εἶς	εἶ	Ἴμεν	ἴτε	ἴασι

Præsens εἶμι etiam futuri vicem supplet. Hoc imitantur Galli cum dicunt in præsenti *ye m'en vois*, indicantes tempus futurum *ye m'en iray*. Itali, *dimani vado subito &c.* Hinc futurum hujus

hujus verbi vel inusitatum, vel poeticum est, sed tamen suppletur, aliis verbis, puta πορεύσομαι &c.

A' verbo ἴω Poetæ primum faciunt εἴω, deinde εἶμι. Ab εἴω autem poetico fiunt fere omnia præterita; & Aoristi sive in activo, sive in medio.

Secunda singularis in compositis non tam exit in εἶς, quàm in εἶ. Sic Lucianus ἐπὶ τὴν γῆν κάτει, *in terram descendes*. Tertia singularis non solum est εἶσι, sed etiam ἴησι; sic prima pluralis non solum ἴμεν, sed etiam ἴεμεν.

Tertia pluralis ἴασι differt ab ἰᾶσι, spiritu, & accentu; illud significat *eunt*, hoc verò *mittunt* ab ἵημι, de quo mox.

II. *Imperfectum*.

	Sing.			Plur.		
2. ——	Εἶν	εἶς	εἶ	Ἴμεν	ἴτε	ἴσαν

Imperfectum εἶν parum usitatum est, sed ejus loco usitatissimum plusquamperfectum medium ᾔειν.

VI. *Aoristus Secundus*.

Ab εἴω poetico fit Aoristus secundus εἶον, & abjecto ε, ἴον, quo utimur extra indicativum.

	Sing.			Plur.		
6. ——	Ἴον	ἴες	ἴε	Ἴεμεν	ἴετε	ἴον

Ab εἶον fit etiam ἦον, ἦες, ἦε, &c. vertendo ει, in η.

VII. Futurum Primum.

	Sing.			Plur.	
7.—Εἴσω	εἴσεις	εἴσει	Εἴσομεν	εἴσετε	εἴσουσι

Futurum primum ἤσω, vel εἴσω & poeticum eſt, & vix reperitur, unde ſatius ſuppletur per εἶμι, aut πορεύσομαι, ut diximus ſupra.

V. Aoriſtus Primus.

	Sing.			Plur.	
5.—Εἶσα	εἴσας	εἶσε	Εἴσαμεν	εἴσατε	εἶσαν

Aoriſto primo utimur in compoſitis, ut ἀνεῖσαν aſcenderunt, & tertia dualis εἰσάτην, & compoſitum ἀνεισάτην, & cum augmento Attico ἀνειεισάτην, & in medio ἀνειεισάσθην, illi duo aſcenderunt.

8. 3. & 4. Reliqua tempora ſunt hæc. 8. Nullibi reperitur. —— 3. & 4. in activo deſiderantur.

MO-

MODUS IMPERATIVUS.

I. & II. *Præsens, & Imperfectum.*

	Sing.			Plur.	
1. & 2.	—— .	ἴθι	ἴτω	—— . ἴτε	ἴτωσαν

Pro ἴθι est etiam εἶ, & maximè in compositis, ut ἄπει, ἔξει, μέτει, abi, exi, aggredere & quod fit vel per crasin ab ἔε, vel per metathesin ab ἴε.

VI. *Aoristus Secundus.*

	Sing.			Plur.	
6.	—— .	ἴε	ἰέτω	—— . ἴετε	ἰέτωσαν

Reliqua tempora desiderantur.

MODUS OPTATIVUS.

PRæsens, & Imperfectum in Optativo vix reperiuntur; usitatus est solus Aoristus secundus. Reliqua omnia desiderantur.

VI. *Aoristus Secundus.*

	Sing.			Plur.	
6.——	Ι᾽οιμι	ἴοις	ἴοι	Ι᾽οιμεν	ἴοιτε ἴοιεν

MODUS SUBJUNCTIVUS.

Etiam modus Subjunctivus nihil habet usitati præter Aoristum secundum.

	Sing.			Plur.		
6. ——	Ἴω	ἴῃς	ἴῃ	Ἴωμεν	ἴητε	ἴωσι

MODUS INFINITUS.

1. & 2. vel ut alii putant 6. — { Ἰέναι, quo utuntur Oratores, est etiam εἶναι, vel ἴναι, vel ἴμεν. &c.

PARTICIPIUM.

1. & 2. vel ut alii putant 6. — { ὁ Ἰών, ἡ ἰοῦσα, τὸ ἰόν.

VERBUM MEDIUM

ἵεμαι, eo, vel ibo. ab activo ἵω.

A Poetico εἴω fit medium inusitatum ἵεμαι, quod defectivum est; habet solum aliqua tempora, quæ vix excedunt indicativum, & sunt in usu maximè in compositione. Hujusmodi autem tempora sunt hæc.

	Sing.			Plur.		
3. ——	εἶα	εἶας	εἶε	εἴαμεν	εἴατε	εἴασι

Pro

Pro εἶα Atticè dicitur ᾖα, & resoluta diphthongo ἤϊα, ἤϊας, ἤϊε &c. unde compositum αὐήϊε, ascendit &c.

	Sing.	Plur.
4. ——	ᾔειν ᾔεις ᾔει	ᾔειμεν ᾔητε ᾔεισαν

Hoc tempus est usitatissimum, & maximè in compositis; in prima, & tertia plurali patitur syncopen, & pro ᾔειμεν, ᾔεισαν, dicimus ᾖμεν, ᾖσαν, & resoluta diphthongo ἤϊσαν. Sed hæc tertia pluralis magis gaudet altera syncope, qua ex penultima solum eximitur ι, ut ᾔεισαν, ᾔεσαν, sicut factum est in ἐτετύφεσαν pro ἐτετύφεισαν.

	Sing.	Plur.
7. —	εἴσομαι εἴσῃ εἴσεται	εἰσόμεθα εἴσεσθε εἴσονται.

Ab hoc futuro εἴσομαι derivatur etiam. Aoristus Primus:

	Sing.	Plur.
5. —	εἰσάμην εἴσω εἴσατο	εἰσάμεθα εἴσασθε εἴσαντο;

Hinc fit participium εἰσάμενος, & compositum μετεισάμενος, consecutus &c.

III. Ἵημι. mitto ab ἕω.

Ἵημι, ubique conjugatur ut τίθημι. Aliqua hujus verbi tempora attingimus supra, sed omnia per extensum sunt hæc.

MO-

MODUS INDICATIVUS.

Sing. Plur.

1. — Ἵημι ἵης ἵησι Ἵεμεν ἵετε ἱέασι, contractè ἱᾶσι

Sing. Plur.

2. —— Ἵην ἵης ἵη Ἵεμεν ἵετε ἵεσαν

Pro imperfecto ἵην, ἵης, &c. utimur circumflexo in toto singulari, & tertia plurali, sed servata reduplicatione, ut ἵειν, ἵεις, &c. Vide imperfectum verborum in μι.

Sing. Plur.

6. —— ἵῶ ἧς ἧ ἕμεν ἕτε ἕσαν

7. 5. 3. 4. 8. —— Reliqua tempora fiunt more barytonorum, & sunt hæc. 7. ἥσω —— 5. ἧκα, sed inusitatum extra indicativum —— 3. εἷκα —— 4. εἵκειν —— 8. desideratur.

Aoristus secundus tametsi reperitur tamen parum est usitatus in toto indicativo, sed ejus loco utimur primo ἧκα, ἧκας, ἧκε, ἥκαμεν, &c. extra indicativum semper utimur secundo.

MODUS IMPERATIVUS.

Sing. Plur.

1. & 2. — ——. ἵεθι ἱέτω ——. ἵετε ἱέτωσαν

6. — ——. ἕς ἕτω ——. ἕτε ἕτωσαν

Reliqua tempora desiderantur.

MO-

MODUS OPTATIVUS.

	Sing.			Plur.		
1. & 2. ——	Ἱείην	ἱείης	ἱείη	Ἱείημεν	ἱείητε	ἱείησαν
6. ——	Εἴην	εἴης	εἴη	Εἴημεν	εἴητε	εἴησαν

Reliqua tempora desiderantur.

MODUS SUBJUNCTIVUS.

	Sing.			Plur.		
1. & 2. ——	Ἱῶ	ἱῇς	ἱῇ	Ἱῶμεν	ἱῆτε	ἱῶσι
6. ——	Ὧ	ᾗς	ᾗ	Ὧμεν	ἦτε	ὦσι

Reliqua tempora desiderantur.

MODUS INFINITUS.

1. & 2. —— Ἱεῖναι } Utrumque factum juxta
6. —— Εἶναι } regulas verborum in μι, in Aoristo secundo Imperativi quas vide ibidem. Pro ἱεῖναι Doricè, & Atticè dicimus ἱέμεναι, Jonicè ἱέμεν.

PARTICIPIUM.

1. & 2. ὁ Ἱείς, ἡ ἱεῖσα, τὸ ἱέν.
6. ὁ εἷς ἡ εἷσα τὸ ἕν

Utrumque factum juxta regulas verborum in μι, in Aoristo secundo Imperativi, quas vide ibidem. Pro ἱεῖς, ἱεῖσα, ἱεὸ dicimus etiam ἱῶν, ἱοῦσα, ἱοῦν, à verbo ἱέω, mitto.

VER-

VERBUM MEDIUM

Ι῞εμαι ab activo ἵω, mitto.

MODUS INDICATIVUS.

	Sing.			Plur.		
1. —	Ι῞εμαι	ἵεσαι	ἵεται	Ι῾έμεθα	ἵεσθε	ἵενται
2. —	Ι῾έμην	ἵεσο	ἵετο	Ι῾έμεθα	ἵεσθε	ἵεντο
6. —	Ε῞μην	ἕσο	ἕτο	Ε῞μεθα	ἕσθε	εἵντο
7. —	Η῞σομαι	ἥσῃ	ἥσεται	Η῾σόμεθα	ἥσεσθε	ἥσονται
5. —	Η῾κάμην	ἥκω	ἥκατο	Η῾κάμεθα	ἥκασθε	ἥκαντο,

quod extra indicativum est inusitatum.

3. 4. 8. Reliqua tempora 3. 4. 8. desiderantur.

MODUS IMPERATIVUS.

Reliqui modi verbi ἵεμαι, fiunt sicut in verbo τίθεμαι. Erit igitur.

	Sing.			Plur.		
1. & 2. —	——.	ἵεσο	ἱέσθω	——.	ἵεσθε	ἱέσθωσαν
6. —	——.	ἕσο	ἕσθω	——.	ἕσθε	ἕσθωσαν

Reliqua tempora desiderantur. In secunda singulari ex εσο, Atticè fit ου; Vide notas in principio verbi medii verborum in μι.

MO-

MODUS OPTATIVUS.

	Sing.			Plur.		
1. & 2. —	Ἱείμην	ἱεῖο	ἱεῖτο	Ἱείμεθα	ἱεῖσθε	ἱεῖντο
6. —	Εἵμην	εἷο	εἷτο	Εἵμεθα	εἷσθε	εἷντο
7. —	Ἡσοίμην	ἥσοιο	ἥσοιτο	&c. Si tamen inveniatur.		

Reliqua tempora desiderantur.

MODUS SUBJUNCTIVUS.

	Sing.			Plur.		
1. & 2. ——	Ἱῶμαι	ἱῇ	ἱῆται	Ἱώμεθα	ἱῆσθε	ἱῶνται
6. ——	Ὧμαι	ᾗ	ἧται	Ὥμεθα	ἧσθε	ὧνται

Reliqua tempora desiderantur.

MODUS INFINITUS.

1. & 2. —— Ἵεσθαι
6. —— Ἕσθαι

PARTICIPIUM.

1. & 2. ὁ Ἱέμενος —— ἱεμένη —— ἱέμενον
6. ὁ Ἕμενος —— ἑμένη —— ἕμενον

Reliqua tempora desiderantur.

VER-

VERBUM PASSIVUM

Ἵεμαι ab activo ἕω, mitto.

MODUS INDICATIVUS.

Sing. Plur.

1. & 2. — Eadem cum verbo medio &c. vide ibidem.

3. — εἶμαι εἶσαι εἶται εἵμεθα εἶσθε εἶνται

Perfecti penultima in compositis nonnunquam Atticè transit in εω, ut ἀφεῖκα, ἀφέωκα, dimisi; & in passivo ἀφεῖνται, Atticè ἀφέωνται, unde illud Lucæ 7. 47. ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολὺ, dimissa fuerunt peccata ejus multa &c.

Quia naturale perfectum esset ἕμαι, & compositum ἄφεμαι, ideo hinc fit verbale ἄφεσις, remissio, sicut à naturali τέθεμαι, pro quo τέθειμαι, fit θέσις, & θέμα, positio; & à δέδομαι fit δόσις, & δόμα, donum, & datio &c.

Sing. — Plur.

4. — εἵμην εἶσο εἶτο εἵμεθα εἶσθε εἶντο

5. — ἕθην ἕθης ἕθη ἕθημεν ἕθητε ἕθησαν

Pro ἕθην dicimus etiam εἵθην à tertia perfecti εἶται, unde ἀφέθην, & ἀφείθην dimissus sum.

7. ἐθή-

7. —— ἐθήσομαι ἐθήσῃ ἐθήσεται ἐθησόμεθα
— σεσθε — σονται
9. εἵσομαι εἵσῃ εἵσεται εἱσόμεθα
εἵσεσθε εἵσονται

Hoc 9. tempus rarum est. Reliqua facta sunt juxta regulas suis locis traditas.

MODUS IMPERATIVUS.

Sing. Plur.
1. & 2. – Eadem cum verbo medio &c. Vide ibidem.
3. & 4. – ——. εἷσο εἵσθω ——. εἷσθε εἵσθωσαν
5. – ——. ἕθητι ἑθήτω ——. ἕθητε ἑθήτωσαν
7. & 9. – Desiderantur. Reliqua tempora, sicuti facta sunt hic, sic fiunt etiam in reliquis modis ad formam passivi τίθεμαι, quod vide.

MODUS OPTATIVUS.

Sing. Plur.
1. & 2. – Eadem cum verbo medio &c. Vide ibidem.
3. & 4. – εἱήμην εἷηο εἷητο εἱήμεθα εἷησθε εἷηντο
5. – ἑθείην ἑθείης ἑθείη ἑθείημεν ἑθείητε ἑθείησαν
7. – ἑθησοίμην ἑθησοῖο ἑθησοῖτο &c.
9. – εἱσοίμην εἱσοῖο εἱσοῖτο εἱσοίμεθα &c.

MO-

MODUS SUBJUNCTIVUS.

1. & 2. – Eadem cum verbo medio &c. Vide ibidem.
3. & 4. – εἰῶμαι εἰῇ εἰῆται εἰώμεθα εἰῆσθε εἰῶνται
5. – ἐθῶ ἐθῇς ἐθῇ ἐθῶμεν ἐθῆτε ἐθῶσι
7. & 9. – Desiderantur.

MODUS INFINITUS.

1. & 2. —— Eadem cum verbo medio &c.
3. & 4. —— εἶσθαι
5. —— ἐθῆναι, vel εἰθῆναι, Unde Eusebius ait παρειθῆναι, langui-dum esse.
7. —— ἐθήσεσθαι
9. —— εἴσεσθαι

PARTICIPIUM.

1. & 2. Eadem cum verbo medio &c.
3. & 4. ὁ εἱμένος — εἱμένη — εἱμένον
5. ὁ ἐθείς, ἡ ἐθεῖσα, τὸ ἐθέν. Unde ἀνεθείς, absolutus, ἀφεθείς dimissus.
7. ἐθησόμενος — μένη — μενον
9. εἰσόμενος — μένη — μενον

IV.

IV. Ἐφίεμαι. Appeto. ab ἵημι, hoc eſt ab ἕω, & ἐπί.

Ἐφίεμαι duo ſolum habet tempora, præſens, & imperfectum, que regulariter conjugantur, ſed caret Optativo, & Subjunctivo. Tempora ſunt, quæ ſequuntur modos autem & hîc, & in ſequentibus notabimus literis A. B. C. D. E. F.

	Sing.		Plur.	
A. — 1.	Ἐφίεμαι	ἐφίεσαι	Ἐφιέμεθα	ἐφίεσθε
	ἐφίεται		ἐφίενται	
A. — 2.	Ἐφιέμην	ἐφίεσο	Ἐφίεμεθα	ἐφίεσθε
	ἐφίετο		ἐφίεντο	
B. 1. & 2. —	ἐφίεσο	ἐφιέσθω	ἐφίεσθε	ἐφιέσθωσαν

C. & D. —— Deſiderantur.

E. 1. & 2. Ἐφίεσθαι —— F. ὁ ἐφιέμενος, ἡ ἐφιεμένη, τὸ ἐφιέμενον.

V. Κάθημαι. Sedeo, ab ἕω.

Etiam κάθημαι venit ab ἕω, ex quo duplicato ε, prius fit ἑέω, deinde ἕημι, & in medio ἕεμαι, & per craſin ἧμαι, unde κάθημαι, retracto accentu. Hoc verbum duo habet tempora ut ἐφίεμαι; retinet η, in omnibus nume-

ris, & caret Optativo, & ferè regulariter conjugatur, ut ſequitur.

	Sing.		Plur.	
A. — 1.	κάθημαι	κάθηται	καθήμεθα	κάθησθε
		κάθηται		κάθηνται
2.	ἐκαθήμην	ἐκάθησο	ἐκαθήμεθα	ἐκάθησθε
		ἐκάθητο		ἐκάθηντο

B. 1. & 2. — κάθησο καθήσθω κάθησθε καθήσθωσαν
C. 1. & 2. — Deſiderantur.
D. 1. & 2. — κάθωμαι κάθῃ καθώμεθα κάθησθε
κάθηται κάθωνται
E. 1. & 2. — κάθησθαι — F. καθήμενος — μενη
— μενον

Præſens κάθημαι ſæpe ſumitur pro præterito; Itaque quatuor hîc præterita notare potes, quæ facilè confundas, niſi attendas. Primum eſt hoc ipſum ἧμαι, de quo hîc loquimur in κάθημαι —— ſecundum eſt εἷσμαι, ſedi, factum ab ἕζομαι, unde pluſquamperfectum εἵσμην; ἕζομαι autem eſt ab eodem ἕω, inſerto ζ, —— tertium eſt ἧσμαι, factum ab ἥδω, delector —— quartum eſt εἷμαι, factum ab ἕω, mitto, induo, veſtio &c. quod vidimus nuper.

Imperfectum ἐκαθήμην, effertur etiam ſine augmento καθήμην, κάθησο &c.

Imperativi ſecunda perſona κάθησο, rectè dicitur etiam κάθου ex Jonico κάθεο per ſyſtolen, pro κάθησο.

VI.

VI. κεῖμαι, jaceo, positus sum, a κέω.

Κεῖμαι fit à κέω, deinde κέομαι, unde regulariter dicendum esset ἴκεμαι; sed ι, positum est post ε, sicuti factum est in εἰμὶ, sum; & in εἶμι, vado.

Servat ει, in omnibus numeris, sicuti vidimus ἧμαι in κάθημαι servare η. Habet præsens, imperfectum, & futurum primum, quæ regulariter inflectuntur partim ut barytona, & partim ut verba in μι, hoc modo.

		Sing.			Plur.		
A.	1.	κεῖμαι	κεῖσαι	κεῖται	κείμεθα	κεῖσθε	κεῖνται
	2.	ἐκείμην	ἔκεισου	ἔκειτο	ἐκείμεθα	ἔκεισθε	ἔκειντο
	7.	κείσομαι	κείσῃ	κείσεται	κεισόμεθα	κείσεσθε	κείσονται
B.	1. & 2.	κεῖσο	κείσθω		κεῖσθε	κείσθωσαν	
C.	1. & 2.	κεοίμην	κέοιο	κέοιτο	κεοίμεθα	κέοισθε	κέοιντο
	7.	κεσοίμην	κέσοιο	κέσοιτο	κεσοίμεθα	κέσοισθε	κέσοιντο

D. 1. & 2. κέωμαι κέῃ κεώμεθα κέησθε
κέηται κέωνται

E. 1. & 2. κεῖσθαι —— F. ὁ κείμενος, ἡ κειμένη
τὸ κείμενον

Pro κεῖμαι reperitur etiam κέομαι, unde Optativus κεοίμην, & Subjunctivus κέωμαι.

Composita à κεῖμαι retrahunt accentum in indicativo, & imperativo, ut διάκειμαι affectus sum, διάκεισο, affectus esto, sed in infinito manet, ut διακεῖσθαι, affectum esse.

Secunda Conjugatio Anomalorum in μι.

ANomala secundæ conjugationis quatuor sunt, quæ fiunt ab ἰσάω, φάω, δυνάω, ex quibus duo desinunt in μι, nempe ἴσημι, & φημὶ, & duo item in μαι, nempe δύναμαι, & ἐπίσαμαι.

I. Ἴσημι, scio, ab ἰσάω.

Ἴσημι fit ab ἰσάω sine reduplicatione; conjugatur ut ἵσημι; nihil fermè habet usitati præter imperativum, & pluralem numerum indicativi, qui inflectuntur hoc modo.

	Sing.			Plur.		
A.	——	—	—	ἴσμεν	ἴσε	ἴσασι
B.	——	ἴσθι	ἴσω	——	ἴσε	ἴσωσαν

In-

Indicativi plurale, & totus Imperativus fiunt per ſyncopen, exempto α, ut ἴσμεν pro ἴσαμεν &c.

Quæ in uſu non ſunt in verbo ἵστημι, ſumuntur ab οἶδα, ſcio, novi &c. quod eſt præteritum medium verbi εἴδω, & pro præſenti ſumitur & ſic inflectitur.

	Sing.			Plur.		
A. — 3.	οἶδα	οἶδας	οἶδε	οἴδαμεν	οἴδατε	οἴδασι
A. — 4.	ᾔδειν	ᾔδεις	ᾔδει	ᾔδειμεν	ᾔδειτε	ᾔδεισαν
B. 1. & 2.	— .	ἴσθι	ἴστω	—— .	ἴστε	ἴστωσαν
C. 3. & 4. —	εἰδείην	εἰδείης	εἰδείη	εἰδείημεν	εἰδείητε	εἰδείησαν
D. 3. & 4. —	εἰδῶ	εἰδῇς	εἰδῇ	εἰδῶμεν	εἰδῆτε	εἰδῶσι
E. 3. & 4. —	εἰδέναι		F.	ὁ εἰδώς	ἡ εἰδυῖα	τὸ εἰδός

Pro ſecunda perſona οἶδας, Æolicè, & per ſyncopen dicimus οἶσθα —— εἰδείην, εἰδῶ, & εἰδέναι fiunt ab inuſitato εἴδημι —— εἰδώς fit per ſyncopen pro εἰδηκώς, ab εἰδέω pariter inuſitato, cujus tamen inuſitatum eſt futurum εἰδήσω, ſciam. Reperitur etiam εἴσομαι, & ἴσομαι.

II. Φημὶ, dico, à φάω.

ΦΗμὶ fit à φάω, dico, sine reduplicatione, quod contingit etiam in aliis multis, maximè apud Poetas; habet accentum in ultima syllaba, & tempora hæc, quæ inflectuntur ut ἵστημι.

		Sing.			Plur.		
A.	1.	φημὶ	φὴς	φησί	φαμέν	φατέ	φασί
	2.	ἔφην	ἔφης	ἔφη	ἔφαμεν	ἔφατε	ἔφασαν
	6.	ἔφην	ἔφης	ἔφη	ἔφημεν	ἔφητε	ἔφησαν
B.	1. & 2.	—	φάθι	φάτω	—	φάτε	φάτωσαν
	6.	—	φῆθι	φήτω	—	φῆτε	φήτωσαν

In Optativo, Subjunctivo, & Participio præsens, imperfectum, & Aoristus secundus sunt iidem, sed non in infinito.

C.	1. 2. & 6. —	φαίην	φαίης	φαίη	φαίημεν	φαίητε	φαίησαν
D.	1. 2. & 6. —	φῶ	φῇς	φῇ	φῶμεν	φῆτε	φῶσι

E. 1. & 2. — φάναι; 6. — φῆναι   F. 1. 2. & 6. ὁ φάς, ἡ φᾶσα, τὸ φάν

Tertia pluralis præsentis habet accentum in ultima etiam si in dativo plurali participii sit τοῖς φᾶσι per α, circumflexum à nominativo φάς φαντός, & ratio est quia verbum φημὶ in toto plurali est encliticum.

Infinitus φάναι, acuitur nam φᾶναι est Aoristus

ſtus primus à φαίνω oſtendo; φῆναι verò eſt Aoriſtus ſecundus ab ἔφην, vel Aoriſtus primus ab indicativo ἔφηνα, Atticè pro ἔφανα. Utimur etiam 7. φήσω, & 5. ἔφησα more barytonorum, cum ipſorum modis analogis.

Ab Aoriſto ſecundo ἔφην fit medium ἐφάμην apud Poetas, unde imperativus φάο, pro φάσο apud Homerum; infinitus φάσθαι, & participium φάμενος, unde παρφάμενος pro παραφάμενος, male ſuadens.

III. Δύναμαι poſſum à δυνάω.

ΔΎναμαι habet tempora quæ ſequuntur uſitata in ſingulis modis.

	Sing.	Plur.
A. — 1.	Δύναμαι δύνασαι δύναται	Δυνάμεθα δύνασθε δύνανται
A. — 2.	Ἐδυνάμην ἐδύνασο ἐδύνατο	Ἐδυνάμεθα ἐδύνασθε ἐδύναντο
B. 1. & 2. —	δύνασο δυνάσθω	δύνασθε δυνάσθωσαν
C. 1. & 2. —	δυναίμην δύναιο δύναιτο	δυναίμεθα δύναισθε δύναιντο
D. 1. & 2. —	δύνωμαι δύνῃ δύνηται	δυνώμεθα δύνησθε δύνωνται
E. 1. & 2. —	δύνασθαι —	F. δυνάμενος δυναμένη δυνάμενον

7. 3. 5. —— Cætera ut in barytonis, sunt autem hæc —— 7. δυνήσομαι —— 3. δεδύνημαι —— 5. ἐδυνήθην.

IV. Ἐπίςαμαι, scio, ab ἰσάω.

Ἐπίςαμαι eadem habet tempora, quæ δύναμαι, excepto perfecto. Ab ἰσάω fit ἵσημι, & medium ἵσαμαι, deinde interposito τ, ἵςαμαι, quod solo spiritu differt ab ἵςαμαι, sto; ab hoc fit ἐφίςαμαι, ingruo, opprimo, & ab illo fit ἐπίςαμαι, scio, quod usitatum est, sed solùm in compositione. In singulis temporibus per omnes modos inflectitur sicut δύναμαι, dicimus enim

1. ἐπίςαμαι —— 2. ἐπιςάμην, & Atticè ἠπιςάμην —— 7. ἐπιςήσομαι —— 5. ἐπιςήθην, & Atticè ἠπιςήθην &c.

Addi his quatuor potest etiam πρίαμαι, emo —— 2. ἐπριάμην —— 5. ἐπριατάμην, & per syncopen ἐπριάμην. Hinc jam fiunt reliqui modi sicut in δύναμαι. Sed hæc, & his similia, quæ compendium non capit usus, & Lexicographi, sin minus Anomalorum Grammatici te doceant, quam tamen partem nos quoque sic breviter prosequemur.

De

De Verbis Defectivis.

VErbis Anomalis accenseri possunt etiam Defectiva, quæ ita appellantur, quia, vel ipsa sint primitiva, vel sint derivata, carent aliquibus temporibus, quæ tamen in alterutris supplentur. Plura enim defectiva primitiva, cum sint inusitata in præsenti, & in imperfecto, hæc tempora suis derivatis demandarunt; & vice versa, plura derivata, usitata in præsenti, & in imperfecto, reliqua tempora suppleri amant à suis primitivis. Sic defectivum λαμβανω, accipio, derivatum à λήβω, vel λαβέω, supplet præsens, & imperfectum, quod exolevit in primitivo; quod primitivum rursus supplet reliqua tempora derivata pariter defectivi.

Utrorumque Defectivorum non ita parvus est numerus, quin hinc etiam insignis Linguæ Græcæ copia non comprobetur; cumque singula suos peculiares habeant defectus, partem hanc non nisi λεξιδόν, jure dixeris, plenè tractari non posse, quod qui in Compendio faceret, sanè ex proverbio ἐπὶ ῥιπός τὸν Αἰγαῖον διαπλεύσειε. Certè usus istic te mira docebit. Vide præ cæteris Nicol. Clenard. in Investigat. Them. singular. VI. Conjugat.

Nos, cum Lancellotto, Defectiva bifariam distinguentes, primò dicemus de usitatis in præsenti

ſenti, & in imperfecto, ſecus autem in aliis temporibus; deinde delibabimus etiam ea, quæ vice verſa ſunt inuſitata in primis, ſed uſitata in aliis temporibus. In utraque claſſe habentur defectiva finita in ω, & finita in μι.

Defectiva uſitata in ſolo ferè præſenti, & imperfecto, finita in ω, habent ω purum, vel impurum. Ea, quæ habent ω purum ſunt

1. Imitativa, & deſiderativa, ut γαληνιάω, tranquillitatem præfero, tranquillitatem ſimulo; Βασιλειάω, regnaturio.

2. Finita in νάω, vel νέω facta à ſuis primitivis inſerto ν, ut περνάω factum à περάω, vendo, aut veneo; —— οἰχνέω, factum ab οἴχω, ſeu οἴχομαι, proficiſcor. Aliqua iſtorum verborum mutant ε, in ι; Sic à πέτω fit πίπτω, cado; ab ὀρέγομαι fit ὀριγνέομαι, deſidero.

3. Poetica in αίω, ut κεραίω, pro quo etiam κεραίρω, factum à κεράω, miſceo; λιλαίομαι à λιλάω, appeto.

4. Finita in είω derivata à futuris, ut γαμησείω, nuptias appeto, factum à γαμέω, fut. γαμήσω, & deinde γαμησείω —— βρωσείω, eſurio, factum à βρώω, vel βρώσκω, futur. βρώσω, & deinde βρωσείω. Sed cave ne cum his confundas ea, quæ Poetæ formant à præſenti in έω, inſerto ι, ejuſdem ſigni-

significationis cum suis primitivis, ut νεικέω, νεικείω, disputo, vitilitigo; —— κρατέω, κρατείω, vinco &c.

5. Polysyllaba in ύω, ut δεικνύω, ostendo, —— ῥηγνύω, rumpo — σβεννύω, extinguo &c.

6. Omnia finita in ύω, ut ἀλύω, gaudeo, vel etiam animis concido; —— ἀγύω, urbanè deduco, &c.

Defectiva autem usitata in solo ferè præsenti, & imperfecto, quæ habent ω impurum, perstringemus servato ordine consonantis præcedentis; ubi in genere notabis finita in ω, præcedentibus duabus consonantibus ferè omnia esse defectiva. Sint ergo exempla finitorum in ω impurum.

β. —— 1. Finita in βω, præcedente alia consonante, ut ῥέμβω circumverto. —— φέρβω, pasco, &c.

δ. —— 2. Finita in δω, præcedentibus λ, ν, ρ, ut ἔλδομαι, cupio —— σπένδω, libo, —— πέρδω, pedo idem ac βδέω.

ζ. —— 3. Finita in ζω, (duplex enim ζ, valet σδ, vel δς,) dummodo tamen veniant à circumflexis ejusdem significationis, ut αἰτίζω, ab αἰτέω, peto, mendico. —— νεμεσίζω, à νεμεσάω, indignor, irascor; quando enim veniunt à nomine, ferè sunt regularia, ut οἶκος domus, οἰκίζω, inhabitare facio, ædifico.

θ. 4.

ϑ. —— 4. Derivata poetica in άϑω, έϑω, ύϑω οϑω, & χϑω, ut ἀμυνάϑω, ab ἀμύνω, defendo, propello. —— φλεγέϑω à φλέγω, uro —— φϑινύϑω, à φϑίνω corrumpo —— ἔσϑω, ab ἔδω, edo, veſcor; —— ἐρέχϑω, ab ἐρείκω, ſcindo.

κ. —— 5. Derivata poetica in κω, ut ὀλέκω, vel ὀλέσκω, ab ὀλέω, perdo; —— ἐρύκω, & ἐρυκάκω, ab ἐρύω, cohibeo, impedio; Item finita in σκω, quæcumque tandem præcedat vocalis, ut ἡβάσκω, ab ἡβάω, pubeſco —— μεϑύσκω, à μεϑύω, inebrio.

λ. —— 6. Derivata in βλω, κλω, φλω, ut μέμβλομαι. à μέλομαι, curo, & curor; —— κέκλομαι à κέλομαι, jubeo. —— ὄφλω ab ὀφείλω, debeo, &c. Item polyſyllaba in ίλλω, ut δενδίλλω, circumſpecto. Item βδύλλω factum à βδέω, foeteo, pedo &c. Item finita in λω purum, ut ϑέλω, volo; —— κέλω jubeo —— πέλω, ſum &c.

μ. —— 7. Finita in τμω, ut τέτμω, invenio.

ν. —— 8. Plurima finitorum in αίνω, αίνω, ίνω, ιύνω, & είνω, (ſed diſyllaba in είνω, ferè ſunt regularia, ut τείνω extendo, κτείνω, occido.) Item derivata finita in νω impuro, ut πέφνω, à φενω, occido —— γίγνομαι, à γενομαι, ſum, fio, &c.

π. —— 9. Derivata in σσω, ut ἔσσομαι, ab ἕπομαι, ſequor, —— ἐνίσσω, ab ἐνίπω, dico.

φ. 10.

φ. —— 10. Facta per syncopen, ut finita in γρω, ut ἄγρομαι, pro ἀγείρομαι, congrego. ἔγρομαι pro ἐγείρομαι, excitor, unde apud Hesych. ἐξέγρης, pro ἐξεγέρθης, excitatus es.

σσ. —— 11. Aliqua poetica in σσω ut ἀγνώσσω, ignoro, —— ἐνίσσω, apud Homerum pro ἐνίπω, dico.

τ. —— 12. Derivata in πτω, aut κτω, quæ mutarunt ε sui primitivi in ι, ut πίπτω factum à πέτω, cado —— τίκτω, à τέκω pario; ῥίπτω tamen, quamvis derivetur à ῥέπω projicio, est regulare.

χ. —— 13. ἴσχω, ab ἔχω habeo, factum mutando ε, in ι, & inserto σ; sicut ab ἐνέπω fit ἐνίσσω, dico. Ab ἴσχω fit etiam ἀμπισχω, vestio, induo, factum ab ἀμφὶ, & ἔχω; ubi vides φ mutatum in π propter sequentem spiritum tenuem, sicuti ab ἔχω fit ἀμπέχω, & futur. ἀμφέξω.

ψ. —— 14. Finita in ξω, aut ψω, derivata à circumflexis inusitatis, ut ἀλέξω, ab ἀλεξέω, repello, opitulor —— ἕψω, ab ἑψέω, coquo. Item alia pariter derivata à futuris, ut ἄξω, ab ἄγω, duco, unde imperativum, ἄξε, ἀξέτω —— οἴσω, ab οἴω, porto —— ὄρσω, ab ὄρω, concito, unde futurum Aeolicum ὄρσω pro ὀρῶ, concitabo. His derivatis à futuro adde derivata à præteritis, ut κεκλήγω, clango, factum à κλάζω, unde

præ-

præterit. med. κέκληγα —— πεφρίκω, à φρίττω, horreo &c.

His omnibus defectivis addi possunt ea, quorum reduplicatio desinit in liquidam, ut βαίνω, βαμβαίνω, balbutio —— μαίρω, μαρμαίρω, niteo —— φαίνω, παμφαίνω, luceo &c.

Defectiva in μι, usitata in solo ferè præsenti, & imperfecto, ferè omnia derivantur à verbis in άω, έω, όω, & ύω, quorum singula exempla delibabimus.

ab άω. πέρνημι, vendo, quod mutuatur alia tempora à primitivo περάω, vel πιπράσκω, vendo, infinit. περνάναι, particip. περνάς; præsens pass. πέρναμαι, infinit. πέρνασθαι, particip. περνάμενος &c.

ab έω. δίδημι, ligo, quod primitivum habet δέω, imperfect. ἐδίδην, infinit. διδεῖναι, particip. διδείς; & à δέω futur. δήσω, Aorist. 1. ἔδησα, futur. passiv. δηθήσομαι, Aorist. 1. ἐδέθην, præterit. δέδεμαι; Sed jam egimus de derivatis ab ἕω, ἔω, & νέω in irregularibus in μι; Vide ibidem.

ab όω. Derivata ab όω tria solum sunt, & quidem inusitata in solo Aoristo secundo, nempe ἄλωμι, capior, βίωμι, vivo, & γνῶμι cognosco, à primitivis ἀλόω, βιόω, γνόω, quæ habent Aorist. 2. ἑάλων, captus sum, ἐβίων, vixi, ἔγνων, cognovi &c.

ab ύω. Derivata à verbis in ύω facilè discerni pos-

possunt ex iis, quæ diximus in conjugatione quarta verborum in μι; Sic ἄγνυμι fit ab ἀγνύω, rumpo, & sumit alia tempora ab ἄγω, unde futur. ἄξω, Aorist. 1. Attic. ἔαξα, pro ἦξα; Aor. 2. passiv. ἐάγην pro ἤγην; præterit. med. ἦγα, vel ἔαγα. Item compositum κατάγνυμι, & κατεαγμένος, & κατεαγώς, confractus, pro κατηγμένος, & κατηγώς; & servato, contra regulam generalem, augmento, dicimus etiam in Aorist. 2. subjunctiv. κατεαγῶσι pro καταγῶσι, confracti sint, & in infinito κατεαγῆναι.

δείκνυμι fit à δεικνύω, ostendo, quod venit à δείκω, unde futur. δείξω, ostendam, Aorist. 1. ἔδειξα, præterit. δέδειχα, & passiv. δέδειγμαι, Aorist. 1. ἐδείχθην; δειχθήσομαι futur. 1. Sic ζεύνυμι à ζευνύω ferveo, calefacio, factum à ζέω, ejusdem significationis. futur. ζέσω, Aorist. 1. ἔζεσα, præterit. ἔζεκα &c.

Secundæ clasis defectiva in ω, quæ nimirum sunt rara, aut omnino inusitata in præsenti, & in imperfecto, & usurpantur in aliis temporibus sunt ver. gr. λήβω, vel λαβέω, pro quo λαμβανω, capio —— λήχω, pro quo λαγχανω sortior —— τέκω, pro quo τίκτω, parturio; & alia non pauca, usu melius quàm catalogo comparanda.

Defectiva verò in μι hujus secundæ classis nihil

nihil ferè habent uſitati præter Aoriſtum ſecundum, & ejus tempora derivata. Hæc autem defectiva ſunt quæ ſequuntur, videlicet.

1. σκλῆμι, inuſitatum in præſenti, cujus primitivum eſt σκάλλω, vel σκέλλω, areo, vel areſacio; à σκλῆμι fit Aoriſt. 2. ἔσκλην, & Optativ. σκλαίην, infinit. σκλῆναι, præterit. ἔσκληκα, infinit. ἐσκληκέναι, & particip. ἐσκληκώς.

2. φθῆμι à φθάω, prævenio, Aoriſt. 2. ἔφθην, ſubjunct. φθῶ, φθῇς, φθῇ. Opat. φθαίην, infinit. φθῆναι, particip. φθάς, & in medio ἐφθάμην, optativ. φθαίμην, infinit. φθάσθαι, particip. φθάμενος.

3. σβῆμι à σβέω extinguo, unde Aor. 2. ἔσβην, infinit. σβῆναι, quod etiam eſſe poteſt Aoriſt. 1. paſſiv. à σβέω, unde fiat futur. 2. σβήσομαι.

4. φρῆμι, à φρέω, porto, factum per tranſpoſitionem à φέρω, vel per ſyncopen à φορέω; habet Aoriſt. 2. imperat. φρές, porta, ſicuti θές, pone, factum ab ἔθεμεν.

5. ἄλωμι, capio, βίωμι vivo, γνῶμι, cognoſco, quæ habent ſolum Aoriſt. 2. in omnibus modis, & participio, quibus adde ἔβλω, ivit; ἔβρω, voravit; ἔτρω, vulneravit; ἐπέπλω adnavigavit, facta à βλῶμι, βρῶμι, τρῶμι, πλῶμι, niſi potius referre velis ad

Joni-

Jonica βλώω, βρώω &c. pro βλόω, βρόω, τρόω, πλόω &c.

6. δῦμι, ſubeo, induo, habet etiam præſens imperativum δῦθι, δύτω; Aoriſt. 2. ἔδυν, ἔδυς, ἔδυ &c. infinitum δῦναι, particip. δύς, δῦσα, δύν; Reliqua ſumuntur à primitivo δύω, futur. δύσω; idem dic de ejus compoſitis.

7. φῦμι, naſcor; Aoriſt. 2. ἔφυν, infinit. φῦναι, particip. φύς, φῦσα, φύν; reliqua ſumuntur à φύω, futur. φύσω, Aoriſt. 1. ἔφυσα &c.

8. κλῦμι, audio, habet ſolum præſens imperat. κλῦθι, audi, κλῦτε, audite &c.

Præter duas recenſitas claſſes defectivorum, ſunt etiam quædam alia, quæ vulgo malè dicuntur imperſonalia, cum in ſola uſurpentur tertia perſona ſingulari, etenim nomen hujusmodi verè ſoli convenit infinito, quod caret omnibus numeris, & perſonis, ad operæ complementum juvat etiam hæc proferre, maximè cum ſint paſſim obvia; Sunt autem hæc quæ ſequuntur. Ἀνήκει, vel προσήκει, convenit, par eſt, ἀνῆκε, & προσῆκε, par erat — ἀρέσκει, placet, ἤρεσκε placebat, ἠρέσει, ἤρεσε — δεῖ, oportet, ἔδει, δεήσει — δοκεῖ, videtur, ἐδόκει, δόξει, videbitur — μέλει, curæ eſt, ἔμελε, μελήσει, tamquam à μελέω, vel μελέει — πρέπει, decet, ἔπρεπε decebat — συμβαίνει, contingit, συνέβαινε — συμφέρει, confert, pro-

dest —— φιλεῖ, consuevit, ἐφίλει, moris erat —— χρή, oportet, factum per apocopen à χρῆμι, χρῆς, χρῆ; ἔχρην, oportebat, vel etiam sine augmento χρῆν; χρήσει, oportebit; compositum ἀπόχρη, sufficit, ἀπέχρην sufficiebat, ἀποχρῆναι, & per apocopen ἀποχρῆν snfficere. In passivis inveniuntur λέγεται, dicitur, —— λείπεται, restat, vel quid simile —— εἰρήσεται, mox dicetur, εἴρηται, dictum est —— ἤκουσαι, auditum. —— εἵμαρται, fato contigit —— ἐνδέχεται, contingit, fas est, licet &c. ἐπέρχεται, accidit; & si quæ sunt alia his similia.

CAPUT V.

De Adverbio.

IN amplà adverbiorum doctrina, *paucis exemplis* cum Clenardo, *contenti, reliqua studiosorum industriæ relinquemus*. Perstringemus autem adverbia loci, temporis, qualitatis, & quantitatis. ——

I. *Adverbia loci.*

In loco significant ποῦ; ubi? πού, ubi, hoc est alicubi indeterminate —— ἐνταῦθα hîc —— ἐκεῖ, vel ἐκεῖθι, illic —— αὐτόθι, istic ——

οὐρανό-

ὀυρανόθι, in cœlo —— ἀθήνησι, vel ſine jota, ἀθήνητι, athenis —— αὐτοῦ (ſubintelligendo τόπου) ibidem —— πανταχοῦ, ubique —— χαμαί, humi, unde χαμευνία humi dormitio, ab εὐνάω, cubo.

De loco ſignificant πόθεν; unde? ἐντεῦθεν, hinc —— ἐκεῖθεν illinc —— αὐτόθεν, iſtinc — ὀυρανόθεν, cœlitus —— ἀθήνηθεν, athenis —— πανταχόθεν, undique, ubique.

Ad locum ſignificant ποῖ; quo? —— δεῦρο, huc —— ἐκεῖσε, illuc —— αὐτόσε iſtuc —— ὀυρανόνδε, in cœlum —— ἄϊδόσδε, ad inferos ✠ ἀθήναζε, athenas, &c.

In omnibus his notabis terminationes θι, σι, χοῦ, χῆ, quæ ſignificant in loco —— θεν, quæ ſignificant de loco —— σε, δε, ζε, quæ ad locum.

Si interrogativis vel adimas π, vel addas ο, fiunt relativa, ut ποῦ; ubi? —— οὗ, vel ὅπου, ubi, in eo loco &c. —— ποτέ; quando? —— ὅτε, vel ὅποτε, quando, in ſenſu relativo. Fit hoc etiam in nominibus, ut ποῖος, qualis? —— οἷος, vel ὁποῖος, qualis —— πηλίκος; quantus? quot annorum? —— ἡλίκος, quantus, quot annorum, in ſenſu relativo —— πῶς; quomodo? —— ὥς, vel ὅπως, quomodo, in ſenſu relativo. &c.

II. *Adverbia temporis.*

Adverbia temporis ſunt πότε; quando? —— ποτέ aliquando —— νυῦ, nunc —— τότε, tunc —— χθὲς, vel ἐχθές, heri —— σήμερον, hodie —— αὔριον, cras —— μεταύριον, perendie —— ὁσημέραι, quotidie, &c.

III. *Adverbia qualitatis.*

Adverbia qualitatis ſunt πῶς; quomodo? —— εὖ, bene —— κακῶς, malè —— εὐσεβῶς, piè —— μάτlω, fruſtra.

Præcipuæ terminationes adverbiorum qualitatis, præter εὖ, & μάτlω, ſunt hæ —— ι. ει. η. α. δlω. δον. ως.

ι. —— ἀμισθὶ, gratis, ſine mercede —— ἀκονιτὶ, ſine pulvere —— πανορμὶ, toto impetu, totis viribus. Plura ex his deſinunt in στι, ut Ἑβραϊστὶ, Ἑλλlωιστὶ, Ῥωμαϊστὶ, Hebraicè, Græcè, Latinè,

ει. —— ἀθεεί, ſine Deo —— αὐτοβοεί, ſtatim, cum ipſo clamore; Hoc Hiſtorici ſepæ cautuntur ad ſignificandam urbem ſubito captam, & cum ipſo clamore; αὐτοβοεί, dictum, factum.

η. —— πανσυδίη, quod & πανσυδιεί, & πασσυδεί, catervatim, omnino, totis viribus.

ᾳ. —— πανστρατιᾷ, quod & πανστρατὶ, & πανστρατιῇ, cum toto exercitu, &c.

δlω.

δlω. —— βάδlω, pedetentim —— ςάδlω, statim, hoc est, constanter —— βλήδlω, jactim, —— κλήδlω, nominatim —— χύδlω, fusim, temerè — φύρδlω, confuse, &c.

δόν. —— γνωμηδόν, per sententias —— κυνηδόν, caninè, more canum —— βοτρυδόν, in modum racemi, &c.

ως. —— σαφῶς, perspicuè. Hujus terminationis sunt longè plurima, & fiunt à genitivo plurali suorum primitivorum, vertendo ων, in ως.

IV. Adverbia quantitatis.

Adverbia quantitatis sunt, ποσάκις; quoties? —— ἅπαξ semel —— δίς, bis —— τρίς, ter —— τετράκις, quater, —— πολλάκις, vel συχνάκις, sæpè; ὀλιγάκις, vel σπανιάκις, vel σπανίως, rarò, &c.

Rursus ita distingui possunt adverbia, ut alia sint primitiva, ut εὖ, bene, & alia derivata, ut κακῶς, malè. Derivatis accenseri possunt illa, quæ cum sint nomina, aut pronomina, aut quid simile, pro adverbiis ponuntur, ut σπουδῇ, festinanter —— ἀκμὴν, strenuè, ita strenuè, quàm qui maxixè, —— μακρὰν, longè —— τὴν ταχίστην, celerimè —— αὐτοῦ —— οὗ; (subintelligendo τόπου, vel quid simile) ubi? —— ὧδε, sic —— τῇδε, vel ταύτῃ, hac via, hoc modo. Frequentissimè hoc in neutris adjectivorum utriusque numeri, ut πότερον, vel πότερα; utrum?

Plurima etiam sunt adverbia, quæ comparationem admittunt, & quidem adverbia loci comparantur per τέρω, & τάτω, ut ἄνω, supra, ἀνωτέρω, ἀνωτάτω superius, supremè —— ἔνδον, intus, ἐνδοτέρω, ἐνδοτάτω, interius, intimè &c. Adverbia temporis, & qualitatis comparantur per τερον, & τατα, ut ὀψὲ, vesperè ὀψιαίτερον, ὀψιαίτατα, tardius, tardissimè —— πρότε, antea, πρότερον, vel πρῶτον, anterius; prius; & superlativum πρῶτα, vel πρώτως, quæ tria ultima facta sunt per syncopen, & contractionem; eliditur enim prius τ, & postea fit contractio, hoc modo, πρότατον, πρόατον, πρῶτον. Adverbia quantitatis terminationem habent aliquatenus diversam, ut πολλάκις, πλεονάκις, πλειστάκις, sæpe, sæpius, sæpissimè —— μάλα, μᾶλλον, μάλιστα, valdè, magis, maximè. Huc refferri potest μεγάλως, & μεγαλωστὶ, valdè, vehementer; & μέγα, & μέγιστον adverbialiter posita, & præsertim cum certis verbis, ut μέγα διώκεσθαι, μέγα φθέγγεσθαι &c. Sed sunt & alia, quæ irregulariter comparantur, quæ usu imprudens, præceptis laboriose consequaris.

Adverbiis annumerantur etiam interjectiones, ut οἴμοι, hei mihi —— φεῦ, eheu, adverbium dolentis, vel admirantis —— οὐαὶ, væ, Italicè, guai! —— ἰώ, heu —— βαβαὶ, παπαὶ, papæ! —— ἰὸ, heu, adverbium indignantis, ἰῦ, verò circumflexum, adverbium gaudii, &c.

CA-

CAPUT VI.

De Conjunctione.

Conjunctionum varia sunt genera, sed nostro proposito satis erunt hæ quæ sequuntur.

1. Copulativæ sunt μεν, δέ, ut τῦτο μεν, τῦτο δέ, hoc quidem, illud autem —— καί, τέ, & —— ὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ, non solùm, sed etiam; dicimus etiam ὐχ' ὅπως non solùm, &c.
2. Disjunctivæ sunt ἤ, aut —— ἤτοι, sive —— εἴτε —— εἴτε, καὶ μή, sive non —— ἐάντε, αἄντε, ἐάντε, κἄν. quæ omnia ferè significant sive —— μήδέ, μήτε, nec, neque —— omnia sunt composita expletivis particulis, quæ per se ferè nihil significant, cujusmodi sunt.
3. Expletivæ αὖ, γέ, δή πῦ, τοί, τέ, sanè, videlicet, enim &c. Sic apud Poetas νύ, πέρ, ῥά, & similia; Quædam tamen ita sunt expletivæ, ut augeant vim interrogationis, dicimus enim τί γάρ; τί δή; τί καί; quidnam? —— τί πότε; — τί πότε καί; — τί δήποτε; —— quidnam? quid tandem? —
4. Causales sunt γάρ, enim —— καὶ γάρ etenim —— ὥς, nam —— γῦν, namque —— ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ quandoquidem, quoniam

niam —— ὅτι, quia —— διὸ ὅτι, ἵνα, ὅπως, ἐφ᾽ ᾧ, ut, quia, —— ἐφ᾽ ᾧτε; quorsum, & apud Poetas, ὄφρα, ut &c.

5. Rationales, seu collectivæ sunt ὥστε, οὐκοῦν, τοίνυν, οὖν, igitur —— διότι, διό, quapropter —— ἤπου, multo magis, nonne? nimirum —— ἤπου χολῆγε, multo minus, nullatenus —— ἤπου, sive, vel —— ἤπου, sicut, quemadmodum —— μήτιγε, μητιγεδὴ, μητιδὴ, ne dum —— οὐχ ὅπως ἐμοὶ, ne mihi quidem, ne dum mihi &c.

6. Adversativæ sunt μεν, quidem —— δέ, μεντοι, verò —— οὐ μὴν, οὐ μέντοι, at non, non tamen —— ἀλλά, sed —— εἰ καί, καί εἰ, licet, quamvis —— ὅμως tamen —— μεν δέ, quamquam, tamen &c.

7. Amplificativæ sunt ὡς, ὥστε, ut, ita ut, —— καί ταῦτα, idque, & hæc quidem &c.

8. Conditionales sunt εἰ, εἴπερ, ἤν, ἄν, si &c. —— πλὴν ἄν, εἰ μή, ἤν μή, εἴγε μή, ἐκτός εἰ μή, πλὴν εἰ μὴ, χωρὶς εἰ μὴ &c. præter quam si, nisi si &c. ἤνγε, si modo, dummodo —— μόνον, modò &c.

9. Definitive sunt ὡς, ὅτι, Italicè, *che*, ut οἶδ᾽ ὅτι πιστεύεις, *io sò, che tu credi*.

10. Diminutivæ sunt ἀλλά, sed —— γέ, saltem —— γέ οὖν certè, certè quidem —— ἀλλὰ γοῦν, at certè —— κἄν, saltem &c.

11. Dubitativæ sunt εἰ; πότερον; an? anne? utrum? —— ἤ; an? —— ἢ οὔ; ἢ μή; nec ne?

ne? an non? Nota εἰ, & πότερον usurpari in priori parte interrogationis, alia in posteriori &c.

CAPUT VII.

De Præpositione.

DIfficile est omnes præpositionum notiones, omnes veneres, variumque usum in syntaxi græca paucis scire, aut discere. Certe si hanc partem complere aggrederemur, periculum esset ne hæc sola compendium nostrum exuperet; quare in re non nisi lectione, & usu comparanda, qui fusiora desiderant adeant ubique obvios hujus argumenti Tractatores. Nos hic præpositionum accidentia potius quàm singularum notionem, variumque usum, ita attingemus, quatenus nescientibus opportunè innotescant, nec tamen scientes fastidiant; secus enim facientes cæcis, aut in meridie facem præferemus.

Præpositiones igitur sunt duo de viginti, quarum aliæ cum uno, aliæ cum duobus, aliæ cum singulis tribus obliquis construuntur, significatione multiplici, quippe quæ aliquando loci, aut temporis, aliquando causæ, modi, aut alius consimilis circumstantiæ notionem habeant.

Unius

Unius casus sunt octo, ἐξ, πρό, ἐν, σύν, εἰς, ἀνά, ἀντί, ἀπό; quarum ἐξ, πρό, ἀντί, ἀπό, solum genitivum; ἐν, & σὺν, solum dativum; εἰς, & ἀνά solum accusativum adsciscunt.

Genitivum verò, & dativum quatuor, διά, κατά, μετά, ὑπέρ.

Genitivum, dativum, & accusativum sex, πρός, παρά, ὑπό, ἐπί, ἀμφί, περί.

Harum præpositionum sex sunt monosyllabæ, quarum tres ἐν, εἰς, vel ἐς, ἐκ, vel ἐξ carent accentu; aliæ tres πρός, πρό, σύν, & Atticè ξύν habent accentum.

Ab ἐν, aliquando per paragogen fit ἔνι, & ponitur pro inest, vel pro οἷόν τε, δυνατόν ἐστι, ἐνδέχεται, licet, fieri potest, facultas est, &c.

Ἐν in compositione literam ν, sæpe mutat, nempe ante mutas π, β, φ, mutat in μ, ut ἐμπαίζω, illudo, —— ἐμβάλλω, injicio —— ἐμφορέω, impleo, satio. Ante κ, γ, χ, mutat in γ, ut ἐγκαλέω, accuso, —— ἐγγηράσκω, insenesco —— ἐγχέω, infundo. Ante duplicem ψ, mutat in μ, ut ἔμψυχος, animatus. Ante liquidas λ, & μ, transit in liquidam similem, ut ἔλλογος, rationalis, ἐμμενέω, immoror.

Πρὸ tàm in appositione, quàm in compositione retinet suum ο, ut πρὸ αὐτοῦ, ante ipsum —— προάγω, procedo; sed sequen-

te

te vocale brevi interdum cum ea coit in diphthongum ȣ, ſic ex πρὸ ἔργȣ fit πρȣ́ργȣ, operæ prætium, cum fructu; ex πρόοπτος fit πρȣ̃πτος, prævifus, manifeſtus; idem fit etiam in verbis, ut προέχω, πρȣ́χω, emineo.

Πρός Doricè dicitur ποτί, & Atticè ὥς, ut ποτί ῥώμην, vel Atticè ὥς ῥώμην. ad Romam. ποτί in compoſitione nunc retinet ι, ut ποτιόσσομαι, aſpicio; nunc abjicit, ut ποτί τῶ, ποττῶ, id eſt πρός τȣ̃, ab illo.

Σιὼ in compoſitione mutat ν, ſicut diximus in ἐν; Præterea abjicit ante ζ, ut ζάω, vivo, συζάω, convivo —— ζητέω, quæro, συζητέω diſputo —— abjicit etiam ante σ, ſequente conſonante, ut συςέλλω, contraho; ſed ſequente vocale tranſit in σ, ut σείω quatio, συσσείω concutio, συσσιτία communis menſa, &c.

Præpoſitiones diſyllabæ omnes accentum habent in penultima, ut ἀνά, κατά, ἐπί &c. ſed retrahunt.

1. Cum induunt naturam verborum, ut πάρα pro πάρεςι, adeſt —— μετά pro μέτεςι, ſocietas eſt &c. —— ἔπι, pro ἔπεςι, adeſt &c. ſed hæc poetica ſunt.

2. Cum peculiari quadam voce, ut ἄπο τρόπȣ, abſurdè, cui contrarium eſt πρὸς τρόπȣ, & κατὰ τρόπον, è ratione, recta ratione.

3. Peculiari quadam ſignificatione, ut πέρι πάντων,

των, hoc eſt ὑπὲρ πάντας, præter cæteros, præ cæteris.

4. Quando per ἀναστροφὴν poſtponuntur ſuo caſui, ut τούτων πέρι, de his.

Præpoſitiones diſyllabæ in omni compoſitione præfixæ vocalibus vocalem ultimam abjiciunt, ut ὁδός, via, ἄνοδος, aſcenſus; ἔρχομαι, eo, ἀνέρχομαι, redeo &c.

Quod in compoſitione, id plerumque etiam in appoſitione obſervatur, ut παρ᾽ ἐμοί apud me; excipe tamen περί, quæ vocalem retinet, ut περιέχω, comprehendo, contineo, —— περὶ αὐτοῦ, de ipſo. Sic etiam ἀμφί in ἀμφιεννυμι, circumdo, veſtio —— ἀμφιέπω, circumdo, adhibeo; & ἐπί in ἐπίορκος, perjurus.

Quando præpoſitiones abjecerunt ultimam vocalem, tunc mutæ tenues aſpirantur ſequente vocali aſpera, ſicut diximus fieri in apoſtropho.

Præpoſitio in compoſitis, nunc ſimplex, ut ἀνίσαμαι, ſurgo; nunc duplex, ut ἐξανίσαμαι, exurgo; nunc triplex, ut προεξανίσαμαι, prius ſurgo, ὑπεξανίσαμαι honoris cauſa aſſurgo, Triplex præpoſitio non admodum frequens; duplex longè frequentior; ſimplex frequentiſſima.

Sunt præterea quædam præpoſitiones, quæ per ſe quidem ſumptæ nihil ſignificant, nec ſunt in uſu, ſed in compoſitione notionem com-

compositi vel augent, vel minuunt, vel etiam neutrum facientes, redundant. Sunt autem quæ augent.

αει .... ἀείδηλος, valde manifestus.
ερι .... ἐρίβρομος graviter fremens.
δα .... δάσκιος multum umbrosus.
ζα .... ζαβάλλω calumnior.
λαι .... λαιμάζω intemperanter edo.
λι .... λιπύριος ignitissimus, unde febris lipyria, de qua nuper disputarunt nobiles Medici.
βου .... βουλιμία magna fames, quasi dicas bovina; ex βοῦς, vel βοῦ, bos, epitatico, & λιμός fames. βουλιμιάζω fame ingenti, & intolerabili premor &c.

Quæ vero minuunt sunt.

α .... ἀθάνατος immortalis.
δυς .... δύσκολος morosus, difficilis in sumendo cibo.
νη .... νήκερος cornibus carens; item νήπιος, infans, qui adhuc fari nequit, παρὰ τὸ ἔπος si ad ætatem referas; si autem ad animum, significat hominem bardum, vecordem, mammacuthum, sive ut vulgo dicimus, mammalucum. Sed hæc præpositio aliquando etiam vim compositi auget, ut νητρεκής verus —— νήδυμος, suavis, ex νή, & ἡδύς suavis.

Quæ

Quæ tandem redundant sunt.

α . . . . ἄσταχυς, spica, idem ac simplex στάχυς.
περ . . . . ὥσπερ, sicut, idem ac simplex ὥς.
γε . . . . . εἴγε, si quidem, si enim.

Interdum α, in compositione notionem auget, ut ἄξυλος, nemorosus; item è contra, sine lignis. Interdum societatem significat, ut ἄλοχος uxor, quasi ὁμόλοχος, hoc est μετέχουσα ὁμοίου λέχους; Item ἄλοχος, sterilis, virgo, quasi ἑτέρου λέχους ἄπειρος; Interdum etiam æqualitatem, ut ἀτάλαντος, pro ἰσοτάλαντος, æquivalens, ejusdem ponderis: Sed redundant etiam alia non pauca, maximè apud Poetas &c.

DE ACCENTIBUS.

OPerosum esset de accentibus differere, maximè quà pronunciationem respiciunt; istic enim defatigata jam novimus doctissimorum ingenia, aliis ad accentus, aliis ad quantitatem syllabarum græcam pronunciationem modulandam esse contendentibus. Nos accentuum nomina, sedes, officium pro instituto nostro jam attigimus §. 2. Rudimentorum. Nunc verò eorumdem congruam compendio doctrinam delibabimus ex Grammatica Lancellotti, inscripta *Novelle Methode pour apprendre la Langue Grecque*, Grammatica omnimodis eximia, quam ut sibi

ſibi tamquam Linguæ Promptuarium comparent Philellines, enixè inſinuamus.

Igitur accentus Scripturæ Græcæ ſunt notæ quædam adinventæ ad temperandam pronunciationem, eamque Barbaris contradendam. Hinc veteres Græci, qui pronunciationem nativam habebant, eorumdem & uſum, & opem ignorabant. Putant Eruditi tunc primùm invectos, cum Romani amore Linguæ magis incenſi, filios Athenas miſerunt erudiendos, quod paulò ante Ciceronis ætatem contigiſſe dicunt.

Nos tradidimus alibi accentus officium eſſe, ſyllabam, in qua notatur attolere, & jure quidem, cum ſingulæ voces ſuapte natura attolli debeant ut pronuncientur, rectèque audiantur. Verum cum ipſa vox jam elata, veluti ſponte cadat, & neceſſario deprimatur, cumque hujusmodi depreſſio contingere poſſit vel in eadem, quæ attollitur, vel in ſequentibus ſyllabis, hinc triplex oritur accentus; acutus qui ſyllabam attolit; gravis qui deprimit; & circumflexus ex utroque conflatus, qui attollit ſimul, & deprimit. Sed cum auris de accentu ferè non judicet niſi in tribus ſyllabis finalibus, propterea in iiſdem dumtaxat eum notarunt Græci æquè ac Latini.

Sed ſciendum eſt ſyllabam brevem unum tempus; longam duo tempora, ſive duas menſuras continere; itemque ſciendum eſt poſt elationem ſequi non poſſe plures duabus ſyllabis depreſſio-

nis,

nis, quæ habebunt quidem duo, aut tria tempora, numquam quatuor tempora depreſſionis, hoc eſt, poſt elationem eſſe non poſſe duas ſyllabas longas. Itaque ſi duæ ultimæ ſyllabæ erunt breves, accentus poterit eſſe in antepenultima etiam apud Græcos, ſicuti ſemper eſt apud Latinos, dicimus enim Ἅγιος, & *Dómi-nus*. Si autem duæ ultimæ ſyllabæ fuerint longæ, accentus non poterit retrahi ultra penultimam neque apud Græcos, neque apud Latinos, utrique enim ritè dicunt *ἀνθρώπους*, *formósos*. Tandem ſi penultima fuerit longa, & ultima brevis, poterit hæc penultima circumflecti Græcis, & Latinis, ut *σῶμα*, *formósus*, in quibus omnibus tam Græcis, quàm Latinis numquam ſunt plures quàm duæ ſyllabæ, vel duo tempora depreſſionis poſt elationem, retento ſcilicet circumflexum valere acutum, & gravem.

Verùm Latini à Græcis in eo diſcrepant, quod Græci duas trium menſurarum, quæ poſt elationem occurrere poſſunt, numquam in ultima, Latini numquam in penultima ſyllaba eſſe patiantur, licet illi in penultima, iſti in ultima eſſe has duas non detrectent, dicentes *ἄνθρωπος*, *Dóminos*. Hinc ergo factum eſt, ut Græci ad ultimam, Latini ad penultimam ſyllabam accentum modulari dicantur. Qua in re videntur conſultius egiſſe Latini, apud quos etiam ſi declinatione, aut conjugatione ultima ſyllaba variatur, eorum tamen accentus ſemper

ma-

manet; eodem quippe accentu proferunt *Do* in *Dóminus*, & in *Dóminos*, cum è contra Græci passim eum movere cogantur, non enim dicunt ἄνθρωπος, ἄνθρωπους, sed ἀνθρώπους, accentum protrahentes ab antepenultima ad penultimam syllabam.

Ex his patet quare accentus circumflexus non possit in antepenultima notari; nam cum hic accentus sonet elationem simul, & depressionem, notat jam unam mensuram depressionis in syllaba, in qua reperitur, adeoque si duæ adhuc sequerentur syllabæ, perinde esset ac si post accentum non tres mensuræ, sed tres syllabæ deprimerentur. Cum enim σῶμα sit quasi σόὸμα, si dicas σῶματος, esset quasi σόὸματος, & sic poneres accentum acutum in quarta finali contra leges Græcorum simul, & Latinorum. Necesse est ergo mutare circumflexum τοῦ σῶ.... in acutnm, ut depressio incipiat in μα... τοῦ σώματος.

Hinc rursus patet quare ultima syllaba post circumflexum longa esse non possit naturà; nam cum una mensura depressionis in circumflexo, & duæ in syllaba naturaliter longa reperiantur, haberes in dato casu duas ex tribus mensuris depressionis in ultima syllaba, quod diximus legibus Græcorum repugnare.

Tota igitur accentum doctrina in his duobus est; primum scire quantitatem ultimæ, & penultimæ syllabæ. Secundum scire naturalem ela-

tionis ſedem in ſingulis vocibus. Nam ex ignoratione quantitatis ultimæ ſyllabæ dubitaveris utrum ſcribas v. gr. *ἐζεῦγνυν*, vel *ἐζεύγνυν*, & rurſus ex ignoratione naturalis ſedis accentus dubitaveris utrum ſcribas *ἄνθρωπος*, vel *ἀνθρῶπος*, vel *ἀνθρωπός*, cum in eodem contextu quantitatis diverſa apud Græcos poſſit eſſe ratio elationis, quamvis non item apud Latinos.

Ad diſcernendam quantitatem ſyllabarum vulgatiſſimæ ſunt regulæ apud omnes ferè Grammaticos, quas nos quoque exſcriberemus, niſi putaremus partem hanc in compendio non proſequendam.

Secundo autem incommodo plenè occurrere longè majoris eſt operis propter regularum, exceptionumque redundantiam, ſtudentibus ſemper moleſtiſſimam, quamque propterea Lancellotus ipſe conſultò reliquit.

Hæc cum ita ſint, adhuc tamen falluntur non pauci, qui accentum cum quantitate confundunt, cum hæc duo inter ſe quàm maximè diſtant. Quantitas enim ſolam diſcernit brevitatem, aut moroſitatem ſyllabarum, cum è contra accentus ſolam notet ſyllabarum elationem, aut depreſſionem. Sicut enim in re muſica videmus quaſdam notas depreſſas, plures habere menſuras, ſive tempora, & è contra notas alias elatiores aut unum ſolum, aut etiam minus uno tempore habere, & iſtarum alias perniciſſimè, alias tardiſſimè modulari; ita etiam in pro-

pronunciatione facile est syllabam attollere, eamque si oporteat molliter temperare, rursusque aliam deprimere, & si oporteat longius protrahere. Hac ratione τετύφωμεν habebit antepenultimam syllabam elatam quidem, sed perniciter quodammodo defluentem, penultimam verò depressam, quamvis reliquis syllabis morosiorem, magisque crassam, quippe quæ talis sit natura sua.

Isthæc pronunciatio, quam Marcianus Capella animam vocum, Musicesque Seminarium apellat, talem, ac tantam majestatem, decoremque induit quando accentu, & quantitate bene temperetur, ut sine ipsa omnis & soluta, & stricta oratio prorsus langueat, & ipsamet carmina nativam venerem perdant, quemadmodum plures Eruditi jam dudum observarunt. Hinc non nulli putant satius futurum si saltem ad tempus aliquod accentus amplius non scriberentur, quandoquidem non nisi pravæ nos assuefaciunt pronunciationi, & in causa sunt cur sæpe breves syllabæ pro longis, & longæ pro brevibus capiantur.

Sed ut ad regulas accentuum veniamns, suppositis usu, vel aliunde jam notis quantitate ultimæ, & penultimæ syllabæ, & naturali sede accentus, quæ ipsomet teste Lancelloto, apud Auctores qui de hoc ex professo tractarunt, sin minus, usu, & Lexicorum ope discenda est, nos hîc potissimum dicemus quæ sit accentuum

ratio in flectendis, aut declinandis nominibus, verbis, compositis, & decompositis, & alia id generis, ex quibus non nulla etiam pro quantitate syllabarum obiter innotescent, sequentibus regulis comprehensa.

I. Longa natura ante finalem brevem, si accentum habet, circumflectitur, ut δῆμος, populus.

Pro brevibus habentur, in ratione accentus, primò diphthongi αι, & οι, sed finales, ut αἱ μοῦσαι, —— οἱ δῆμοι, non ταῖς μούσαις, —— τοῖς δήμοις. Excipe tamen ab hac regula diphthongos modi optativi, ut ποιήσαι, fecisset; πλήττοι, percuteret; & adverbium οἴκοι, domi. Secundo excipe vocales ancipites, quas scriptorum auctoritas ostendit esse breves, etiam si producantur positione, ut φοῖνιξ, palma, item color ruber; αὖλαξ, sulcus, &c. Sunt tamen, qui quando ultima est longa positione, penultimam circumflecti nolint.

II. Accentus nominativi manet suo loco etiam in obliquis, ut ὁ αἰνείας, τοῦ αἰνείου &c. salvis tamen regulis præcedenti, & sequentibus.

In adjectivis in ος habetur ratio nominativi masculini, hujus enim accentum in plurali sequuntur fœminina, etiam si in singulari dissentiant; sic in singulari ἡμέτερος, ἡμετέρα, &c. in plurali ἡμέτεροι, ἡμέτεραι, non ἡμετέραι.

Quæ-

Quædam tamen ſunt, quæ accentum promovent, nempe duo gravitona in ηρ, quæ faciunt genitivum in έρ☉, μήτηρ, μητέρ☉, mater, &c. θυγάτηρ, θυγατέρ☉, filia; deinde fœmininum μία, una, cum ſuis compoſitis, ὐδεμία, μηδεμία, &c. dicimus enim μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν, &c. ὐδεμία, ὐδεμιᾶς, &c.

III. Quando ultima eſt longa, penultima non poteſt circumflecti, nec antepenultima poteſt acui, tunc igitur obſervanda eſt regula quarta & quinta.

Hanc regulam contemnunt primo omnia hyperdiſyllaba quartæ declinationis ſimplicium, ut ὁ μενέλεως, τῦ μενέλεω, &c. ſecundo, omnes genitivi Attici ſecundæ contractorum, ut ὁ ὄφις, τῦ ὄφεως, τῶν ὄφεων, &c.

IV. Circumflexus penultimæ degenerat in acutum quando ultima ſyllaba vel ſit longa, ut ὁ δῆμος, τῦ δήμυ, τοῖς δήμοις, vel creſcit, ut τὸ βῆμα, τῦ βήματος.

V. Accutus antepenultimæ tranſit in penultimam quando ultima ſit longa, ut ὁ ἄνθρωπ☉, τῦ ἀνθρώπυ.

VI. Syllaba acuta ſi coeat cum ſequente gravi, circumflectitur, ut τῦ ἀληθέος, ἀληθῦς, veri. Excipe tamen, primo dualia in ω, quæ numquam circumflectuntur, ut τώ νόω, τώ νώ, duæ mentes, factum à νόος, νῦς, mens, mentis —— νῶϊ, & contractè νώ, nos,

 duo,

duo, factum ab ἐγὼ, ego. Deinde adjectiva gravitona in ης quintæ declinationis, quæ in genitivo plurali acuunt penultimam, ut εὐήθης, bonus homo, simplex, genitivus τῶν εὐηθέων, contractè τῶν εὐήθων; & tandem acusativum singularem quartæ contractorum, quando όα contrahitur in ώ. Vide ibidem. Si autem syllaba gravis coeat cum acuta, acuitur ut ἑστηκώς, Jonicè ἑσταώς, & Atticè ἑστώς, ἑσταότος, contractè ἑστῶτος propter regulam primam.

VII. Diphthongi ευ, & ου, finales, si accentum habent circumflectuntur, ut ὁ Βασιλεύς, vocativus ὦ Βασιλεῦ, Rex. Excipe adverbium ἰδού, ecce, & οὐ, non, quod etiam si accentu careat, tamen in fine membri, aut periodi acuitur, οὔ, non.

VIII. Genitivi, & Dativi cujuscunque declinationis quando accentum habent in ultima, si est longa circumflectitur, si non est longa acuitur, ut τῶν τριχῶν, ταῖς θριξί, τῆς τριχός, capilli &c. Excipe τοῦ λεὼ, populi, τοῦ νεὼ, templi, & similes genitivos quartæ simplicium, ὁ λεὼς, ὁ νεώς.

IX. Genitivi, & Dativi quintæ declinationis dissyllaba accentum habent in fine, ut παῖς, παιδὸς, παιδὶ, &c. puer. Excipe tamen 1. Participia, ut θείς, θέντος, —— στάς, στάντος. 2. Nomen interrogativum τίς; τίνος; quis? quod accentum suum ubique retinet

tinet ad differentiam infiniti τίς, τινός, τινί, τινά, &c. quod accentum habet in ultima, & eſt encliticum. 3. Genitivos γϑ́νων, ὤτων, παύτων, à nominativis γόνυ, γόνυος, vel γϑνός, & in plurali γϑ́νων, genu —— ϑ̃ς, auris —— πᾶς, omnis. 4. Genitivos plurales horum octo nominum, quorum quinque deſinunt in ως, nempe ὁ δμώς, τϑ̃ δμωός, —— fanuclus —— ὁ θώς, τοῦ θωός, lupus cervarius — ὁ τρώς, τϑ̃ τρωός, Trojanus —— ὁ φώς, τϑ̃ φωτός, vir, —— ἡ φώς, τῆς φωδός, puſtula, vel inuſtio ab igne facta in cruribus; duo in ας, nempe τὸ κράς, τϑ̃ κρατός, caput, —— ἡ δάς, τῆς δαδός, vel ἡ δᾴς, τῆς δᾳδός fax. Unum tandem in αις, nempe παῖς, παιδός, puer, & puella; horum genitivi plurales accentum habent in priore ſyllaba, ut τῶν δμώων, τῶν θώων &c. Diſyllaborum caſuum naturam imitatur etiam triſyllabum τῆς γυναικός, γυναικί, γυναικῶν, γυναιξὶ, mulier &c.

Superioribus Regulis adde ſequentes.

1. In nominibus accentus acutus ſyllabæ per apoſtrophen rejectæ tranſit in ſyllabam antecedentem, ut καλά ὀνόματα, κάλ᾽ ὀνόματα, pulcra nomina; in aliis orationis partibus perit cum ipſa vocali, ut μετά ἐμϑ̃, μετ᾽ ἐμϑ̃.

2. Accentus ſæpe retrahitur propter compoſitionem, ut καλός pulcher, φιλόκαλος, elegans, maximè verò retrahitur propter compoſitionem præpoſitionum α, ευ, δις, ut παιδευτός, diſciplinatus, ἀπαίδευτος indoctus.

3. Accentus retrahitur aliqando propter paragogen, ſed raro, ut ἐγὼ, ἔγωγε, ego; ſæpius promovetur, ut τηλίκος tantus, τοῖος, talis, ἐκεῖνος ille, τηλικόσδε, τοιόσδε, ἐκεινοσὶ &c.

4. Nomina in ος compoſita, quorum ultima pars venit à γράφω, τρέφω, τύπτω, κτείνω, φθείρω, ſi activè ſignificant habent accentum in penultima, ſi paſſivè in antepenultima, ut ἡ Θεοτόκος Deipara, ὁ Θεότοκος à Deo genitus.

5. Subſtantiva in εια, ſi deſcendunt à verbis in ευω, accentum habent in penultima, ut δουλεύω ſervio, δουλεία ſervitus —— βασιλεύω, regno, βασιλεία, regnum. Si deſcendunt ab adjectivis in ης, accentum habent in antepenultima, ut ἀληθής, verus, ἡ ἀλήθεια veritas; ἡ Βασίλεια, Regina eſt ἀπὸ τοῦ Βασιλέως Rex.

6. Subſtantiva in οια, compoſita à ſimplicibus in ους, accentum habent in antepenultima, ut διανοια, intelligentia, deſcendens a νόος, & contractè νοῦς, νόου, mens —— εὔπλοια, felix navigatio à πλόος, contractè πλοῦς, navigatio —— εὔροια, felix rerum curſus à ῥόος, & contractè ῥοῦς, fluxus. His adde ſubſtan-

ſtantiva in τεια, & τειρα, facta à ſubſtantivis maſculinis, ut ἡ ποιήτεια, poetria — ἡ δότειρα, vel δώτειρα datrix &c.

De Accentibus Verborum, & Participiorum.

1. Accentus in conjugandis, & formandis temporibus ita retrahitur, quaſi naturalis ejus ſedes ſit ſyllaba antepenultima, dummodo alia non ſit regula in contrarium; ut ἐτυπτόμην, ἐτυπτόμεθα —— τυπτοίμην, τύπτοιο &c.
2. Ultima ſyllaba verborum ſi habuerit vocalem α, vel ι, erit brevis, ut τέτυφα, τέτυφας, τίθημι τίθησι &c. ſi habuerit υ, ſæpiſſimè erit longa, ut ἐζεύγνυν, ἐδείκνυν.
3. Aoriſtus primus infiniti activi, & omnia tempora communiter finientia in ναι, accentum habent in penultima, ut ποιῆσαι, πεποιηκέναι, τιθέναι, ἱςάναι &c.
4. Participii ſingularis terminatio ας longa eſt, αν, verò brevis, ὁ ποιήσας, τὸ ποιῆσαν.
5. In declinandis participiis, & nominibus eadem eſt accentuum ratio.

Cætera quæ deſiderari videntur, magna ex parte colligi poſſunt ex iis quæ ſparſim dicta ſunt &c.

DE

DE ENCLITICIS.

QUædam voces dicuntur encliticæ quia proprium accentum inclinant, hoc eſt exonerant in præcedentem dictionem, vel omnino perdunt ſi præcedens dictio eumdem ſuſtinere non poſſit. Quæ nuper tradidimus de accentibus, & pronunciatione, ita præclarè quadrant in doctrinam encliticorum, ut cum utrobique eadem ſit ratio, ſcire ſufficiat quænam ſint ipſæ voces encliticæ, ut etiam ſimul ſcias quare, quando, & quomodo inclinentur. Si quis tamen ulteriora deſiderat, videat Lancellotum Lib. 9. cap. 9. Voces igitur encliticæ ſunt.

1. Nomen indefinitum τίς, τινός, aliquis, & articulus præpoſitivus quando ponitur pro eodem indefinito, ut εἴτȣ, εἴτῳ, ſi cujus, ſi cui &c., vel τȣ, τῳ cujus, cui &c.
2. Pronomina monoſyllaba, ut μȣ, μοι, με, σȣ, σοι, σε, ȣ̔ οἱ, ἑ, σφε, exceptis σύ, & σφώ. Sed pronomina deſinunt eſſe enclitica cum poſtponuntur conjunctionibus disjunctivis, vel præpoſitionibus, ut ἕνεκα σȣ̈.
3. Verba εἰμὶ, & φημὶ toto præſenti indicativi, excepto εἶ, & φῄς.
4. Conjunctio copulativa τε, & quædam expletivæ, ut γε, περ, πȣ, τοι; item δε, ſed in compoſitione, ut ὅδε, hic &c. ȣ̓ρανόνδε,

ad

ad cœlum; item negativum ὐν in ὔκυν, non; ſed ὐκῦν, igitur, non eſt encliticum. Sunt præterea aliæ quædam voces encliticæ, ſed poeticæ.

Igitur ſi dictio enclitica ponatur poſt εἰ, θεός, δῆμος, ἄνθρωπος, (quidam addunt etiam ἄλλος, ſed adimunt φοῖνιξ) enclitica quidem accentum ammittit, & præcedens dictio acuitur, ut εἴ τις, θεός μυ, ἄνθρωπός ἐστι &c. Si autem enclitica ponatur poſt ποιῶ, vel ποιέω, enclitica quidem monoſyllaba accentum omnino perdit; diſyllaba verò retinet, ut ποιῶ τι, ποιῶ τινά.

Per εἰ intellige dictiones omnes, quæ accentu carent, cujusmodi ſunt articuli prepoſitivi ὁ, οἱ, ἡ, αἱ &c. item conjunctiones εἰ, & ὡς, ſed ὥς quando ſignificat ὅπως, acuitur; Sic Ariſtot. 5. Ethicor. καὶ ὗ, καὶ ὥς, καὶ ὅτε, & ubi, & quomodo, & quando —— ἔστιν ὥς, aliquo modo —— ἔστιν δ᾽ ὥς ὔ, nullo modo —— Item acuitur quando ſignificat ὔπω, Xenoph. ὐ δ᾽ ὥς, ne ſic quidem.

Θεός ſignificat dictiones acutas.

Δῆμος dictiones penamflexas.

Ἄνθρωπος dictiones antepenacutas.

Ποιῶ dictiones circumflexas.

Ποιέω dictiones penacutas, quarum ultima, & penultima non efficiant trochæum.

Ἄλλος dictiones penacutas, quarum ultima,

&

& penultima efficiant trochæum, hoc eſt, efficiant longam poſitione, & brevem natura, vel auctoritate.

Φοῖνιξ dictiones penamflexas, quarum ultima producitur poſitione, in quibus idem fit, quod in ποιέω.

Contingit igitur aliquando in eadem dictione duos eſſe accentus, alterum naturalem, & alterum adventitium, ut δῆμός τις &c. Populus quidam.

Encliticum ἐςὶ aliquando transfert accentum in priorem ſyllabam, & jam fit ἔςι; hoc autem contingit tribus locis.

1. In principio membri, aut periodi, ut ἔςι τάδε &c.

2. Ante dictiones relativas, ut ὅς, ὅτε, ὅπȣ &c. ut ἔςιν ὅς.

3. Poſt pronomen τȣ͂το, ſed cum apoſtropho, ut τȣ͂τ' ἔςι.

Item poſt ȣ̓κ, καί, ἀλλά, εἰ, ὡς, ut ȣ̓κ ἔςι, καὶ ἔςι, ἀλλ' ἔςι &c.

Quando duæ, vel plures encliticæ ſucceſſive in oratione ponuntur ita altera in alteram accentum exonerat, ut ultima remaneat atona, hoc eſt ſine accentu, ut τύπτȣσί μέ τινες —— κύριός μȣ ἐςι.

Atque hæ ſunt regulæ à recentioribus Grammaticis probatæ, quæque omnibus ferè libris confirmentur, quamquam aliquibus videantur aliqua pati incommoda.

Nam

Nam 1. Si poſt ἄλλος, vel ποιέω, hoc eſt ſi poſt acutum in penultima ſequatur enclitica monoſyllaba brevis, puta, ἄλλος τις, videtur quod enclitica ſuum deberet retinere accentum, ne ſi exoneret in precedentem dictionem habeantur duæ elationes ſucceſſivæ ſine in termedia depreſſione, quod fieri nequit; quod abſurdius fiet ſequente monoſyllaba longa, nam ſi exoneret haberentur item duæ elationes ſucceſſivæ; ſi autem ammittat, haberentur duæ ex tribus menſuris depreſſionis poſt elationem in ultima ſyllaba, contra generalem linguæ analogiam, quod adhuc abſurdius apparebit ſi ultima penacutæ præcedentis eſſet longa, ut ανϑρώπȣ μȣ, quia tunc eſſent quatuor menſuræ depreſſionis poſt acutum, quod nullimodis ſtare poteſt neque apud Græcos, neque apud Latinos.

2. Si poſt ποιῶ, hoc eſt poſt circumflexum in ultima ſequatur enclitica diſyllaba, ut ϑεῷ φησι, ὁρῶ τινας, deberet enclitica ſuum accentum retinere; dicendo ϑεῷ φησὶ, ὁρῶ τινάς, quia cum circumflexus contineat unam menſuram depreſſionis, arduum videtur alias duas depreſſionis menſuras eidem adjungere.

3. Si plures ſint encliticæ ſucceſſivè, videtur eſſe contra analogiam linguæ ita inclinare encliticas, ut habeantur duæ elationes ſucceſſi-

ceſſivæ, quare ſatius videtur dicere τύπτουσί με τινὲς, —— κύριός μου ἐστὶν.

4. Quotieſcunque enclitica ſuum exonerat accentum in ultimam præcedentis dictionis, hunc ſemper pronuncies oportet, quidquid in contrarium aſſerant recentiores Grammatici. Vergara docet tunc ambos, quo ad fieri poteſt, eſſe pronunciandos, quod ſi alterutrum ſolùm poſſis, hunc eſſe debere poſteriorem, non priorem.

Hæc, & fortaſſe alia non nulla ſunt incommoda ſuperius traditarum regularum, quæ omnia ſcitiſſimè, de more, confutans Lancellotus, æquè modeſtiſſimè per hæc verba concludit. *Quamquam*, inquit, *& in his, & in cæteris, ſententiam meam ſententiæ Eruditorum ſubjiciam; tamen addam, hoc argumento eſſe ſuperiores regulas à recentioribus adinventas, proprioque uſui aptatas fuiſſe, quod ſcilicet, non ſolum veteres, ſed neque præteriti ſæculi Auctores inter ſe ſuper ijsdem conveniant, ſicuti videre eſt apud Vergaram Grammaticorum doctiſſimum, qui Hiſpaniis docebat anno* 1555.

DE

DE SPIRITIBUS.

KAιρὸν accentuum regulis adjungere audemus ſpirituum ſchedulam, quam in primæva adoleſcentia ſcriptitabamus, otio græco ſubceſivas horas fallentes.

Porro hæc pro majori parte deſumpta eſt ex Libr. 3. Grammat. Theodori Gazæ in hunc modum.

1. Spiritus Primitivi manet etiam in derivatis, compoſitis, decompoſitis, conjugatis, obliquis &c.
2. Numeralia aſpirantur, præter ὀκτὼ, octo; ἐννέα, novem; εἴκοσι, viginti &c.
3. Articuli aſpirantur; ſcilicet ὦ, non eſt articulus, ſed adverbium vocandi. Aſpirantur etiam relativa.
4. Quæ incipiunt à vocali aſpirata ſi aſſumant υ, aſpirationem abjiciunt, ut ὁ ὅρος, τοῦ ὅρου, terminus ὁ οὖρος, τοῦ οὔρου; eſt etiam τὸ οὖρος, τοῦ οὔρεος, mons, quod factum eſt ab ὄρος, ὄρεος cum ſpiritu tenui.
5. Æoles ſpiritum aſperum omnino reſpuunt, dicunt enim ἤλιος, pro ἥλιος, ſol, & ſic de cæteris. Hîc nota Latinos ſpiritum aſperum Græcorum ſæpe exprimere per h, ut ἕκτωρ, Hector; aliquando per ſ, ut ὑπὲρ ſuper —— ὗς, ſus, —— ἕξ, ſex; aliquando

do etiam per aliam consonantem, & maximè per υ, ut ἑσπέρα, vespera &c.

Hæ sunt quædam veluti regulæ generales, quæ si fortè pauculas admittant exceptiones, eas consultò ommittimus usu studiosorum addiscendas. Cæterum cum tam vocales (excepta υ) quàm diphthongi spiritu tenui potius quàm aspero gaudeant, nos notabimus ea quæ aspirantur, ut inde constet reliqua omnia tenuari, quæ non fuerint in sequentibus regulis comprehensa.

A'

A'. Semper tenuatur; excipe tamen

1. Omnia collectiva.
2. Quando post ρ sequitur μ, aut π, ut τὸ ἅρμα, currus, —— ὁ ἅρπαξ rapax.
3. Quando α, sumitur privativè, & sequitur βρ, ut ἄβρομος sine strepitu; ἅβρομος enim est obstreperus ex α, intensivo, & βρόμος, strepitus.
4. Sequentes dictiones Num. 17.

Ἅγιος, Sanctus.
ἁγνός, castus.
ἅζω, veneror; sed ἄζω, sicco.
ἁμαρτία, peccatum.
ἅπας, omnis.
ἁπλοῦς, simplex.
ἡ ἅλς, ἁλός, mare.

ἅλλο-

ἅλλομαι, ſalto.
ἁμιλλάομαι, certo.
ἅπτω, necto.
ἁλίσκω, perdo, capio.
ἅμα nexus, & ſimul.
ἁνδάνω, placeo.
ἁπαλὸς, lævis.
ἅλων, ἅλωνος, area.
ἅσσα, quæcumque, ſed ἄσσα vox qua pueri compellant ſenes.
ἁδρὸς, maturus, plenus.

E'

E'. Semper tenuatur. Excipe tamen.

1. Quando eſt ante κ, ſequente alia vocali præter ipſum ε, ut ἑκα, vel ἕκας longè, procul.
2. Quando eſt ante ξ, aut ψ, excepto ἐξ, ex, de.
3. Quando eſt ante ρ, ſequente δ, κ, μ, π, σ,
4. Quando eſt ante β, ſequente δ, aut ρ, ut ἕβδομος ſeptimus, ἑβραῖος, Hebræus.
5. Quando abundat in dictione aſpera, ut ἑώρων, pro ὥρων, ab ὁράω, video.
6. In ſequentibus dictionibus Num. 12.

E'ζομαι, ſedeo.
ἑλλωίζω, Græcè loquor, vel ſtudeo.

ἑλλίσσω, volvo.
ἕπομαι, ſequor.
ἑςιάω, convivor.
ἕλκος, vulnus.
ἕλμις ἕλμινθος, lumbricus.
ἕτερος, alter.
ἐλαφρὸς, levis, agilis.
εὕεκα, propter.
ἕθεν, pro ἕ, ſui.
ἕτοιμος, paratus.

Ἡ.

Ἡ. Aſpiratur, has tamen ſatis amplas habet exceptiones.

1. Tenuatur quando eſt ante θ, χ, λ, ν, ξ, π, τ, exceptis quatuor ſequentibus, nempe ἥλιος, ſol —— ἧλος, clavus —— ἡλικία, ætas —— ἡνίκα, quando.
2. Tenuatur quando eſt ante ρ, & ſequitur vocalis brevis, ut ἤρεμα ſenſim.
3. In ſequentibus dictionibus Num. 5.

ἠμύω, flecto, inclino, cado.
ἠμὶ, pro φημὶ, dico.
ἠκέςης, indomitus.
ἠμαθόεις, arenoſus.
ἤδη, jam.

Ι'. Sem-

Ι'.

Ι'. Semper tenuatur. Excipe tamen.

1. Quando post δ, sequitur ρ, ut ἱδρύω, colloco, statuo.
2. Quando est ante ε, vel ζ,
3. Quando post μ, sequitur vocalis, sed hæc regula aliquando variat.
4. In sequentibus dictionibus Num. 10.

   ἵημι, jacio, vibro.
   ἵκω, vel ἱκαύω, venio.
   ἵστημι, sto.
   ἵπταμαι, volo —— as.
   ἱκέτης, supplex.
   ἵστωρ, sciens.
   ἱστὸς, tela, malus navis.
   ἵππος, equus.
   ἱλαρὸς, hilaris.
   ἵνα, ut.

Ο'.

Ο'. Semper tenuatur. Excipe tamen.

1. Cum post ξ, aut π, sequitur λ, ut ὅπλον, scutum, arma.
2. Cum post ρ, sequitur κ, aut μ, ut ὁρμάομαι, incitor, ὅρκος, jusjurandum.

3. Cum post σ, sequitur vocalis, ut ὅσιος, sanctus.
4. In sequentibus dictionibus N. 8.
ὁρίζω, definio.
ὁράω, video.
ὅλμος, pèla, mortarium.
ὁλκὰς, ὁλκάδος, navis oneraria.
ὅλος, totus.
ὅτι, quia, ὅτε, quando &c.

Υ.

Υ. Semper aspiratur.

Ω.

Ω. Semper tenuatur. Excipe tamen.
1. Monosyllaba, præter ὦ, adverbium vocandi.
2. ὠρακίζω, palleo.
3. ὥρα, hora; ὤρα enim est cura, ab ὠράω, vel ὠρήσω, curo, custodio.

DIPHTHONGI.

Diphthongi omnes tenuantur, excipe tamen ſequentes.

AI.

αι. Aſpiratur ante ρ, & ante μ, ut αἱρέω, eligo, αἷμα, ſanguis; ſed αἵμων, αἵμονος, peritus, expertus, ab aliquibus tenuatur.

AY.

αυ. Aſpiratur in αὕτη, hæc.

EI.

ει. Aſpiratur in ſequentibus Num. 5.

εἱλίσσω, volvo.
εἷμαι, induor.
εἵλεως, ſervus.
εἱρμὸς, ſeries.
εἱρκτὴ, carcer.

EY.

ευ. Aſpiratur in εὕειν, currere.
εὕδειν, dormire.
εὑρίσκειν, invenire.

 OI.

OΙ'.

οι. Aſpiratur in monoſyllabis, & in οἶμος, via.

OΥ'.

ϰ. Aſpiratur in ὕνεκα, quoniam; eſt enim pro ἕνεκα ϰ̃.

Sed hîc, & ubique memineris eorum, quæ prænotavimus in genera obſervanda, antequam ad hæc ſingularia deſcenderemus.

Quamquam ipſe fortaſſe repetas cum Lancelloto: *Qu' il eſt embaraſſant de vocier un ſi grand nombre de regles accompagnèes d' un nombre encore plus grand d' exceptions!* Sed Lancellotus ipſe monet ſpiritus uſu potius, quam regulis addiſcendos; dicit enim Lib. 9. cap. 9. reg. 25. *Nous ne dirons ici, qu' un mot des eſprits, reſervant le reſte à l' uſage, qu' on doit rechercher dans les auteurs, ou dans les Dictionaires &c.*

NO-

Notæ huc translatæ ad evitanda infarcimina Rudimentorum.

Pag. 14. lin. ult. Articulus præpositivus ponitur etiam pro nomine τίς, τινός, tam interrogativo, quàm indefinito, sed quando ponitur indefinitè, est encliticum, dicimus enim τινός; vel τȣ̃; cujusnam? —— τινί, vel τῷ cuinam? indefinitè autem, εἴ τινος, vel εἴ τȣ, si cujus, —— εἴ τινι, vel εἴ τῳ, si cui &c. Ponitur etiam pro demonstrativo ȣ̃τος, αὕτη, τȣ̃το, hic, hæc, hoc, & maximè cum particulis δε, & γε, ut ὅδε, ἥδε, τȣ̃δε, τλώδε &c. Item ponitur pro articulo subjunctivo ὅς, ἥ, ὅ &c. qui, quæ, quod, ut Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς; & Apocalyp. 1. Χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη ἀπὸ τȣ̃ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ab eo qui est, & qui erat;

Pag. 16. linea ult. Quædam tamen in ης, habent vocativum in α, Hæc autem sunt 1. finita in της, ut ὁ Προφήτης, ὦ Προφῆτα, Propheta. —— 2. Gentilia, ut ὁ Σκύθης, ὦ Σκύθα, Schytha —— 3. Verbalia derivata à verbis μετρέω, metior, πωλέω, vendo, τρίβω, tero; ut ὁ γεωμέτρης, ὦ γεωμέτρα, geometra, ὁ βιβλιοπώλης, ὁ παιδοτρίβης, venditor librorum, institutor puerorum.

rum. His adde pauca poetica, vel nomina propria. His vocativis aliquando utimur pro nominativis.

Pag. 20. lin. 29. Dativum pluralem Poetæ formant ſæpiſſimè à genitivo ſingulari vertendo ος, in εσι, vel εσσι, ut ὁ τιτάν, τοῦ τιτάνος, τοῖς τιτάνεσι, vel τιτάνεσσι &c.

Pag. 22. lin. 7. Diximus *plerumque*, quia ſunt nonnulla, quæ variant, inter quæ, notanda gravitona in ηρ, quæ faciunt vocativum in ερ, retracto accentu, ut ἡ θυγάτηρ, ὦ θύγατερ, filia; Horum naturam ſequuntur etiam quatuor acuta, nempe ὁ ἀνήρ, vir —— ὁ πατήρ, pater —— ὁ σωτήρ, ſalvator —— ὁ δαήρ, levir, hoc eſt uxoris, aut mariti frater; ὦ ἄνερ, ὦ πάτερ &c.

Pag. 31. lin. 15. Quæ plura ſimul variant, apud Poetas ſunt longè plurima, ſed hæc nihil ad noſtrum Compendium. Hoc ſolùm notabimus apud Poetas quoſdam dativos ſingulares ſecundæ declinationis efferri etiam per quintam, ut ἡ ἀλκή, robur, τῇ ἀλκί —— ἡ παρθένος, virgo, τῇ παρθένι. Quibuſdam hæc variatio accidit in dativo plurali, ut ὁ κλάδος, ramus, τοῖς κλάδεσσι, variato etiam genere —— τὸ σάββατον, ſabbatum, τοῖς σάββασι, quæ reperiuntur etiam apud Oratores.

Poetis interdum faciunt contrarium Aeoles, qui

qui dativo plurali declinationis quintæ tribuunt terminationem tertiæ, dicentes τοῖς διλημμάτοις, τοῖς παθημάτοις, pro διλήμμασι, παθήμασι, à nominativis quintæ τὸ δίλημμα, τὸ πάθημα. Hanc dialectum adoptant Latini cum dicunt hominem ſophiſmatis fallere, epigrammatis decorare, ſcommatis impetere &c.

Pag. 37. lin. 14. Jones vertunt hujusmodi ος aliquando in ίςερος, & ſæpiſſimè in έςερος, dicunt enim πτωχὸς, mendicus, πτωχίςερος, vel πτωχέςερος, πτωχέςατος —— σπουδαῖος, ſtudioſus, cordatus, σπουδαιέτερος, σπουδαιέτατος. Hæc Jonica formatio uſitata eſt etiam apud alios.

Pag. 45. lin. 26. Quamvis uſu potius quàm catalogo diſcrimen hoc diſcendum ſit, placet tamen diſcernere, ut etiam ex hoc diſcrimine aliqualis uſus comparetur. Itaque notabimus primùm finita in ζω, deinde finita in σσω, demum ea, quæ utroque modo efferuntur.

Verba conjugationis quartæ in ζω, ſequuntur conjugationem tertiam, ideòque habent futurum in σω, & præteritum in κα; Sed excipiuntur viginti duo, quæ ſequuntur ſecundam, & faciunt futurum in ξω, & præteritum in χα; Item alia quatuor, quæ utroque modo efferuntur nimirum vel per ſecundam, vel per tertiam.

Vi-

Viginti duo in ζω, quæ faciunt ξω, & χα, diſtingui poſſunt ratione præcedentis vocalis α, ι, υ, ω, unde fiunt terminationes άζω, ίζω, ύζω, ώζω. Terminatio autem άζω erit in decem; ίζω in ſeptem; ύζω in quatuor, ώζω in uno; diminutione facta per numerum ternarium.

— άζω, futurum ξω, præteritum χα —

αἰάζω, lamentor, lugeo.
ἀλαλάζω, jubilo, ululo.
ἀλαπάζω, diripio, ſpolio.
βαςάζω, porto, bajulo.
καυάζω, comminuo, contero.
κράζω, clamo, vociferor.
νυςάζω, dormitto.
ςάζω, vel ςαλάζω, ſtillo.
ςενάζω, ſuſpiro, ingemiſco.

— ίζω futurum ξω, præteritum χα —

ἐγγυαλίζω, in manum traddo.
θρυλλίζω, murmuro, tero.
λελίζω, concutio, clamo.
ςηρίζω, firmo, ſtabilio.
ςίζω, pungo, punctis noto.
ςυφελίζω, quatio, disjicio.
τρίζω, ſtrideo.

— ύζω

— ύζω futurum ξω, præteritum χα —

ἀτύζω, terreo, ſtupefacio.
γρύζω, grunnio, hiſco.
ὀλολύζω, ululo.
σφύζω, ſalio, mico, palpito.

— ώζω futurum ξω, præteritum χα —

οἰμώζω, lugeo, moereo, fleo &c.

Quatuor efferuntur tàm per ξω, & χα, quàm per σω, & κα,

ἁρπάζω, rapio.
παίζω, ludo.
σαλπίζω, buccina, cano.
φατίζω, dico, fateor.

Finita in σσω, habent futurum ξω, & præteritum χα —— Excipiuntur tamen octo, quæ habent σω, & κα; unum quod facit utrumque; unum quod neutrum; & unum quod habet futurum σσω, ſimile præſenti. ἐρέσσω, remigo —— πτίσσω, pinſo, tundo. —— βράσσω, bullio, ferveo —— ἱμάσσω, loris cædo, ſcutica impello —— ἰνάσσω, vires addo, vires exero —— γάσσω, complano —— πάσσω, ſpargo, aſpergo —— πλάσσω, fingo, formo.

ἀφύσσω, haurio, aquiro, habet utramque infle-

flexionem, nisi fortè dicere velis σω, & κα, venire ab ἀφύω, quod idem significat.

λεύσσω, video, habet neutram; caret enim futuro.

πέσσω, asso, coquo, habet futurum πέσσω idem cum præsenti, unde dicimus πέσσεται pro ὀπτήσει, assabit.

Ea quæ utroque modo efferuntur, sunt tria, nempe σφάζω, vel σφάττω, occido, macto — ἀλύζω, vel ἀλύσσω, anxio animo sum, indignor, vito; hæc duo faciunt ξω, & χα. Tertium est φρίζω, & rectius φρίσσω, vel Atticè φρίττω, horreo, formido, quod futurum habet φρίξω, præteritum πέφρικα, unde verbale ἡ φρίκη, horror &c.

Pag. 51. lin. 9. Ut pleniorem habeas augmentorum doctrinam, hæc pauca adjungimus.

1. ε, Attici mutant in η, etiam in diphthongo ει, ut εὕδω dormio, Atticè ηὗδον.

2. Attici addunt ε, augmento communi, ut ὁράω, video, ὥραον, ἑώραον, ἑώρων.

3. Augmentum syllabicum ε, aliquando vertunt Attici in η, ut δύναμαι, possum, ἐδυνάμην, ἠδυνάμην.

4. Augmentum η, nonnumquam resolvitur in εα, ut ἕλω, capio, ἧλον, ἕαλον — ἄγω frango ἦξα, ἔαξα, & in compositione κατέαξα, disrupi.

5. ε,

5. ε, non ſemper mutatur in η, ſed ſunt numero quindecim, in quibus augetur addito ι; Sunt autem ἔπω, dico, & cum augmento εἶπον, quod augmentum manet etiam in reliquis modis, & participio, ſicut manet etiam in Aoriſto primo εἶπα —— ἔχω, habeo, & cum augmento εἶχον —— ἕλω capio, communiter εἷλον, & Atticè ἕαλον —— ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκύζω, traho —— ἕρπω, vel ἑρπίζω, ſerpo —— ἑστήκω, ſto —— ἕπομαι, ſequor —— ἐρέω, pro quo ἀγορεύω, dico —— ἑστιάω, convivium celebro —— ἐάω, ſino —— ἕω, ſedeo, —— ἐρύω, traho, —— ἔθω, vel ἐθίζομαι, operor.

6. ε, aſſumptum ante ρ, geminat ipſum ρ, ut ῥίπτω, projicio, ἔῤῥιπτον.

7. Diphthongus οι, manet in aliquibus, & fermè in iis, quæ incipiunt à ſequentibus dictionibus, οἴαξ, οἴακος, gubernaculum, unde οἰακίζω, rego. —— οἶμος, via, unde οἰμάω, irruo. —— οἶνος, vinum, unde οἰνίζω, multiplicis ſignificationis —— οἰωνὸς, augurium, unde οἰωνοσκοπέω, augurium ago —— οἶστρος, oeſtrum, unde οἰστρέω, οἰστράω, οἰστρόω, oeſtro agito, vel agitor. —— His adde οἰκουρέω, domi ſedeo —— οἰδαίνω, tumeo; tumidus tamen eſt ᾠδηκώς, ab οἰδέω, vel οἰδάω —— οἰμώζω, lugeo facit ᾤμωζον, & οἴμωζον.

Hæc pro verbis ſimplicibus, compoſita enim alia

alia augentur à fronte, ut παῤῥησιάζομαι; liberè, & confidenter loquor, ἐπαρρησιαζόμην; alia in medio, ut ἐγχειρῶ, aggredior, ἐνεχείρουν; alia utrinque, ut ἐνοχλῶ, molestus sum, ἠνώχλουν; alia variè, ut ἐγγυάω, spondeo, quod in Aoristo primo augetur à fronte, ἠγγύησα; in præterito augetur in medio, ἐγγεγύηκα; sed reperitur etiam sine augmento, ἐγγυᾶτο, spondebat. Sed hæc involucra, unusquisque per se ipsum legendo, longè melius, quam præceptis edoceatur.

Pag. 51. lin. 19. Imperfecti tertiam pluralem Bœoti formant vertendo μεν primæ pluralis in σαν; Observatur hæc tertiæ pluralis formatio etiam in utroque Aoristo indicativi, & aliquando etiam Optativi; Hinc dicunt —— εἴδοσαν pro εἶδον, videbant, aut viderunt —— ἐδουλιοῦσαν, contractum pro ἐδουλιόοσαν, tertia pluralis imperfecti, verbi δουλιόω, servio. —— ἐτύψασαν pro ἔτυψαν, tertia pluralis Aoristi primi —— ἤλθοσαν, pro ἦλθον, venerunt, & in Optativo ἔλθοισαν, pro ἔλθοιεν Aorist. sec.

Pag. 52. lin. 11. Verba in πτω, reducantur ad suas mutas hoc modo; κλέπτω, furor —— κόπτω, cædo —— τύπτω, verbero, reducantur ad πω.

βλάπτω, lædo —— κρύπτω, occulto; reducantur ad βω.

βάπτω,

βάπτω, tingo —— θάπτω, sepelio —— ῥάπτω, suo —— σκάπτω, fodio —— ῥίπτω, projicio —— δρύπτω, unguibus lacero, reducantur ad φω; Sed hæc omnia non sunt usitata in activo ἔτυπον, ἔβλαβον, ἔβαφον, sed in passivo ἐτύπην, ἐβλάβην, ἐβάφην.

Ibidem. lin. 27. Aliam etiam regulam tenere poteris mutandi hoc ε, in α; scilicet mutabis in dissyllabis quoties ε vel præcedat, vel sequatur liquidam, ut δέρω, excorio, ἔδαρον —— πλέκω, plico, ἔπλακον; exceptis λέγω, dico, & φλέγω, uro, quæ duo retinendo ε, faciunt ἔλεγον, & ἔφλεγον. Hinc ἐνέγκω, porto, facit ἤνεγκον, quia est trisyllabum, & τέκω, pario, facit ἔτεκον, quia non habet liquidam nec ante, nec post ε;

Sed fortè scrupulum ingerat Aoristus secundus medius ἐγενόμην, quasi factus sit à verbo γενώ, seu γένομαι; Sed dicendum factum esse à trisyllabo, vel si mavis, à circumflexo γενέω, seu γενέομαι. Verba enim circumflexa, si habent Aoristum secundum, nihil mutant pro hujus temporis formatione in eorum penultima, ut δουπέω, strepo, ἔδουπον, Aoristus secund. —— βλαστέω, germino, ἔβλαστον &c. Sed vide primam notam verborum circumflexorum.

Pag. 54. lin. ult. Quartæ conjugationis polysyllabum in ίσω, Attici tollendo σ, circumfle-

flectunt, ut νομίζω, reputo, communiter νομίσω, & Atticè νομιῶ, & in medio νομιοῦμαι, νομιῇ, νομιεῖται &c.

Duo in αίω, futurum habent in αύσω, nempe κλαίω, fleo, & καίω, uro, accendo, futurum κλαύσω, & καύσω, —— χέω, fundo, terram injicio &c. mirè variat, format enim tempora, maximè apud Poetas, tamquam à χύω, χυύω, χεύω, χείω. Apud Oratores, & maximè in sacris literis, frequens est χεῶ, quod videtur esse Doricum, pro χέσω. Hinc Aoristus primus usitatissimus ἔχεα, & medium ἐχεάμην, ἐχευσάμην, ἐχευάμην &c.

Pag. 57. lin. 7. Prima syllaba præteriti perfecti si sit augmentum syllabicum λε, aut με, Atticè sæpe vertitur in ει. Sic ab inusitato λήβω (pro quo λαμβάνω) sumo, capio, perfectum commune λέληφα, & Atticum εἴληφα —— μείρομαι, sortior, perfectum passivum, communiter μέμαρμαι, Atticè εἵμαρμαι, fatatus sum; unde verbale εἱμαρμένη, sors, fatum &c.

Pag. 58. lin. 11. Quamvis penultima perfecti extra quintam conjugationem sit eadem quæ in futuro, disyllaba tamen primæ, & secundæ conjugationis interdum etiam in penultima Atticè mutant ε, in ο, ut πέμπω, πέπεμφα, Atticè πέπομφα —— λέγω, λέλεχα, Atticè λέλοχα, & alio atticismo εἴλοχα,

χα, sed in compositis, ut συνείλοχα. Hæc tamen mutatio non transit ad præteritum passivum.

Ibidem. lin. 20. Plusquamperfecti activi, & medii prima, & tertia persona singularis Atticè desinunt in η, & tertia pluralis in εσαν; ἐγώ, ἤ ἐκεῖνος ἐτετύφη; ἐκεῖνοι ἐτετύφεσαν.

Pag. 60. lin. 14. Etiam Aoristus secundus apud Siracusanos exit in ον, ut τύπον, pro τύπε, & inflectitur ad modum Aoristi primi, τύπον, τυπάτω, τύπατε, τυπάτωσαν.

Imperativorum tertiam pluralem έτωσαν, & άτωσαν, Attici vertunt in όντων, & αύτων; dicunt enim τυπτόντων, pro τυπτέτωσαν, & τυψαύτων, pro τυψάτωσαν.

Aoristus secundus in imperativo gravatur, sed tria sunt, quæ acuuntur, nempe ἐλθὲ, venito, —— εὑρέ, invenito, —— εἰπέ, dicito.

Pag. 61. lin. 20. In hoc Aoristo pro —αιμι, Attici, & Aeoles dicunt —εια, atque inflectunt per terminationem indicativi, ut τύψεια, τύψειας, τύψειε, τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

Pag. 77. lin. 25. Hæc tertia pluralis facta est per circumlocutionem, juxta regulam 7. in principio verbi medii, quam vide. Neque verò dixeris præposterè factum, quasi posuerimus participium in indicativo, nam participii formatio jam satis innotescit ex

O re-

regula secunda ibidem. Cæterum hanc circumlocutionem in perfecto, & plusquamperfecto quatuor priorum conjugationum, quæ semper habent ται, & το, impurum, poteris more Jonico, aliis etiam usitato, negligere ad hunc modum.

Primo ante ται, vel το, ponatur α, breve, & mutentur præcedentes mutæ π, κ, σ, Scilicet in conjugatione prima mutetur π, in φ, —— in secunda mutetur κ, in χ, —— in tertia mutetur σ, in characteristicam præsentis τ, δ, θ, —— in quarta mutetur κ, in γ; & σ, in δ, sicut factum est in formatione Aoristi secundi activi. De conjugatione quinta dicemus mox; in conjugatione sexta circumlocutio non tollitur.

Igitur in conjugatione prima ante ται, erit φα, —— in secunda erit χα, —— in tertia erit τα, δα, θα, —— in quarta erit vel γα, vel δα; unde fiet tertia persona pluralis præteriti perfecti indicativi passivi terminatio Jonica.

mutando	π, in φα	In Conjugation.	1.	τύπτω	τέτυπται	τετύφαται
	κ, in χα		2.	λέγω	λέλεκται	λελέχαται
	σ, in { τα		3.	ἀνύτω	ἤνυσται	ἠνύταται
	σ, in { δα		3.	ᾄδω	ᾖσται	ᾔδαται
	σ, in { θα		3.	πείθω	πέπεισται	πεπείθαται
	κ, in γα		4.	ὀρύσσω	ὤρυκται	ὠρύγαται
	σ, in δα		4.	φράζω	πέφρασται	πεφράδαται

In

In quinta conjugatione circumlocutio tolli potest si ante ται præcedat λ, aut ρ, interponendo α, ut ἔςαλται, missus est; & Jonicè ἐςάλαται, & pleonasmo syllabæ δα, ἐςαλάδαται, missi fuerunt —— ἔσπαρται, & Jonicè ἐσπάραται sati fuerunt à verbo σπείρω, semino.

In quinta, & sexta conjugatione quando ται, & το, est purum, tertia pluralis formari potest alio modo Jonico, ponendo scilicet α, pro ν, ante ται, sed præcedens vocalis longa η, transibit in ε; & longa ω, transibit in ο, (quæ duæ longæ maximè reperiuntur in circumflexis;) diphthongus ει, amittit subjunctivam, & αι, manet, ut videre est in sequentibus.

η —	transibit.	in	{ ε, ut κεκόσμηνται κεκοσμέαται à κοσμέω, orno ε, ut ὥρμηνται ὡρμέαται ab ὁρμάω, irruo
ω —		in	ο, ut δεδήλωνται δεδηλόαται à δηλόω, manifesto
ει —		in	ε, ut εἶται ἕαται ab ἕω, vel ἵςημι, induo.

αι —— manet, ut δέδαιται δεδαίαται — à δαίω, divido.

Manent etiam vocales breves ε, & ο, ut δεδέαται Jonicè pro δέδενται, ligati fuerunt à verbo δέω, ligo; manent etiam vocales an-

regula secunda ibidem. Cæterum hanc circumlocutionem in perfecto, & plusquamperfecto quatuor priorum conjugationum, quæ semper habent ται, & το, impurum, poteris more Jonico, aliis etiam usitato, negligere ad hunc modum.

Primo ante ται, vel το, ponatur α, breve, & mutentur præcedentes mutæ π, κ, σ, Scilicet in conjugatione prima mutetur π, in φ, —— in secunda mutetur κ, in χ, —— in tertia mutetur σ, in characteristicam præsentis τ, δ, θ, —— in quarta mutetur κ, in γ; & σ, in δ, sicut factum est in formatione Aoristi secundi activi. De conjugatione quinta dicemus mox; in conjugatione sexta circumlocutio non tollitur.

Igitur in conjugatione prima ante ται, erit φα, —— in secunda erit χα, —— in tertia erit τα, δα, θα, —— in quarta erit vel γα, vel δα; unde fiet tertia persona pluralis præteriti perfecti indicativi passivi terminatio Jonica.

mutando	π, in φα	In Conjugation.	1.	τύπτω	τέτυπται	τετύφαται
	κ, in χα		2.	λέγω	λέλεκται	λελέχαται
	σ, in τα		3.	ἀνύτω	ἤνυσται	ἠνύταται
	σ, in δα		3.	ἄδω	ἦσται	ἤδαται
	σ, in θα		3.	πείθω	πέπεισται	πεπείθαται
	κ, in γα		4.	ὀρύσσω	ὤρυκται	ὠρύγαται
	σ, in δα		4.	φράζω	πέφρασται	πεφράδαται

In

In quinta conjugatione circumlocutio tolli potest si ante ται præcedat λ, aut ρ, interponendo α, ut ἔϛαλται, missus est; & Jonicè ἐϛάλαται, & pleonasmo syllabæ δα, ἐϛαλάδαται, missi fuerunt —— ἔσπαρται, & Jonicè ἐσπάραται sati fuerunt à verbo σπείρω, semino.

In quinta, & sexta conjugatione quando ται, & το, est purum, tertia pluralis formari potest alio modo Jonico, ponendo scilicet α, pro ν, ante ται, sed præcedens vocalis longa η, transibit in ε; & longa ω, transibit in ο, (quæ duæ longæ maximè reperiuntur in circumflexis;) diphthongus ει, amittit subjunctivam, & αι, manet, ut videre est in sequentibus.

η — transibit in { ε, ut κεκόσμηται κεκοσμέαται à κοσμέω, orno; ε, ut ὥρμηνται ὡρμέαται ab ὁρμάω, irruo }

ω — transibit in ο, ut δεδήλωται δεδηλόαται à δηλόω, manifesto

ει — transibit in ε, ut εἶται ἕαται ab ἕω, vel ἵϛημι, induo.

αι —— manet, ut δέδαιται δεδαίαται — à δαίω, divido.

Manent etiam vocales breves ε, & ο, ut δεδέαται Jonicè pro δέδενται, ligati fuerunt à verbo δέω, ligo; manent etiam vocales an-

cipites, sed habentur pro brevibus; apud Poetas manent aliquando etiam vocales longæ η, & ω, ut πεποιήαται facti sunt &c.

Pag. 84. lin. 13. In Optativo, & Subjunctivo passivo circumlocutionem negligi posse tradunt aliqui, quoties μαι, indicativi ita est purum, ut non præcedat diphthongus, quæ subjunctivam habeat υ, quia tunc necessaria est circumlocutio, ut πέπαυμαι, necessariò πεπαυμένος εἴην, εἴης, εἴη &c. Si autem non præcedat diphthongus, quæ subjunctivam habeat υ, tunc verso μαι, in μην, præcedentes vocales longæ in optativo subscribunt ι; ancipites verò α, & υ, ad latus assumunt ipsum ι, ut fiant diphthongi αι, & υι; Sed si ante μαι, fuerit ipsum ι, ipsum manet solum, quorum omnium exempla sunt hæc.

νέμω,	distribuο	νενέμημαι,	optativ. νενεμῄμην —— ῇο —— ῇτο &c.
κτείνω,	occido	ἔκταμαι,	optativ. ἐκταίμην —— αῖο —— αῖτο
θυύω,	ruo	τέθυμαι,	optativ. τεθύμην —— ῦο —— ῦτο
κρίνω,	judico	κέκριμαι,	optativ. κεκρίμην —— ῖο —— ῖτο

Et hæc quidem in optativo; subjunctivus autem horum omnium exit —— ῶμαι —— ῇ —— ῆται &c.

Quam-

Quamvis μαι, purum ut supra, circumlocutionem negligere possit, negligere tamen nequeunt nec in optativo, nec in subjunctivo, δέδεμαι, à δέω, ligo, & ὤνομαι, ab ὀνόω, reprehendo. De reliquis enim non facilè dixeris.

Ibidem. lin. 18. Pluralia utriusque Aoristi passivi in optativo efferri possunt etiam per syncopen hoc modo. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν &c. τυπεῖμεν, τυπεῖτε, τυπεῖεν &c. pro τυφθείημεν, τυφθείητε &c. Hujusmodi autem syncope locum habet quotiescumque prima pluralis desinit in ημεν, purum, & est admodum usitata, maximè in optativo activo circumflexorum, quando post factam contractionem μι, Atticè vertitur in ην, ut ποιέοιμι, contractè ποιοῖμι, & Atticè ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη, ποιοῖμεν, ποιοῖτε, ποιοῖεν.

Pag. 88. lin 12. Dixi *potissimum*, quia differunt etiam tribus aliis titulis, qui imperitis negotium sæpe facessunt; nempe 1. Quia in optativo activo post factam contractionem, μι, Atticè vertitur in ην, ut modò diximus in nota superiore, unde oritur etiam syncope; de qua ibidem. 2. Quia futurum primum simile reddi potest præsenti contracto, eximendo σ, cum vocale præcedente, & circumflectendo ultimam, ut νικήσω, νικῶ, vinco. 3. Tandem quia ver-

ba circumflexa ita formant Aoriftum fecundum, & præteritum medium poft factam contractionem, ut nihil propter horum temporum formationem in penultima mutetur; unde vidimus in notis Aorifti fecundi activi, à verbo γενέομαι, factum Aoriftum fecundum medium ἐγενόμην, cum regulariter mutandum fuiffet ε, in α, & dicendum ἐγανόμην. Sed mox hujus verbi ampliorem notitiam dabimus, cum habeat plura tempora, quæ non ab eodem themate derivantur.

Interim autem fcias verba circumflexa tertiæ conjugationis femper carere Aorifto fecundo, & præterito medio; verba autem primæ, & fecundæ conjugationis carere folum duobus in cafibus, nimirum vel ubi poft contractionem ῶ, remanet purum, ut ποιέω, ποιῶ, —— βοάω, βοῶ &c. vel ubi ante contractionem verbum eft difyllabum, ut πλέω, navigo, δράω, facio; dicimus tamen ἔχον, à ὀχέω (pro quo ἔχω) habeo, & ἔσπον, à σπάω, vel σπέω, traho. Sunt tamen maximæ auctoritatis Grammatici, qui nulli harum trium conjugationum hæc tribuunt tempora, ficuti nec verbis in μι.

Sed quod attinet ad Aoriftum fecundum ἐγενόμην, fciendum eft, ejus primitivum effe γενώ, à quo primùm fit γίνω, feu γίνομαι, verfo ε, in ι, deinde inferto γ, γίγνομαι, ficuti

ſicuti Latini à verbo geno (unde præteritum genui, & genitus, & verbale genimen genimina viperarum) formarunt gino, & deinde gigno. Sic per eamdam mutationem τῦ ε, in ι, à μεύω fit μίμνω, & à πέτω fit πίπτω, cado; & per eamdem additionem τῦ γ, à γινώσκω fit γιγνώσκω, ſicuti Latini à noſco faciunt cognoſco. A γεύω igitur derivantur γίγνομαι, γεύομαι, γείνομαι, γενέομαι, γεννάω, & γεννάομαι, quæ ſingula aliqua formant tempora ſibi ipſis analoga, & regularia. Sic à γεύω, vel γείνομαι, fit præteritum medium γέγονα —— à γίγνομαι, fit imperfectum ἐγιγνόμην —— à γενέομαι, fit Aoriſtus ſecundus ἐγενόμην, quod poteſt etiam eſſe imperfectum τῦ γεύομαι — ab eodem γεύομαι, vel etiam γείνομαι, fit Aoriſtus primus ἐγεινάμην —— à γενέω, vel γενέομαι, fit Futurum primum γενήσομαι, & Aoriſtus primus medius ἐγενησάμην —— à γεννάω, fit Aoriſtus primus activus ἐγέννησα, & medium ἐγεννησάμην, ἐγεννήσω, (& per ſyncopen) ἐγέννα, ἐγέννατο, &c.

Pag. 104. lin. 15. Præſentis tertia ſingularis in ſingulis quatuor conjugationibus pro σι, Doricè exit in τι, ut τίθητι, ἵστητι, δίδοτι, ζεύγνυτι &c.

Pag. 113. lin. 15. μαι, σαι, ται, & μην, σο, το, juxta regulam tertiam in principio ver-

bi medii, quam vide. Quod si præsentia, futura media, & passiva faciunt μαι, η, ται, scias hoc fieri Atticè, eliso prius σ, & deinde facta contractione præcedentis vocalis cum α, in η, subscribendo ι, ut τύπτομαι, τύπτεσαι, prius eliditur σ, & fit τύπτεαι, deinde τύπτῃ, & tandem τύπτῃ. Sic etiam μην semper faceret σο, το, sed Atticè prius eliso σ, fit contractio in ου, si vocalis præcedens est brevis, vel fit contractio in ω, si est anceps α, ut ἐτυπτόμην, ἐτύπτετο, ἐτύπτεο, ἐτύπτου —— ἱςάμην, ἵςασο, ἵςαο, ἵςω, stabas, secunda persona imperfecti verbi ἵςαμαι.

Ex antiqua igitur inflexione μαι, σαι, ταὶ, & μην, σο, το, si tollas σ, habebis secundam personam Jonicam, & Poeticam, qua in optativo etiam communiter utimur, unde dicimus τυπτοίμην, τύπτοιο, non autem τύπτοισο, & τυψαίμην, τύψαιο, non autem τύψαισο. In indicativo tamen, & subjunctivo communiter non utimur, nisi adhibita prædicta contractione.

Pag. 114. lin. 9. Hoc præsens Poeticè, Æolicè, Atticè, & Jonicè fit à suo activo mutando μι, in μαι, & manente vocale longa, ut ὄρημαι, video, factum ab ὁράω, sine reduplicatione —— ὄνημαι, factum ab ὀνέω, juvo. Sic etiam τίθημαι, τιθήμενος, pro τίθεμαι, τιθέμενος. &c.

Pag.

Pag. 130. lin. 17. Pro ſecunda perſona ἦς, eras, dicimus etiam ἦσθα, Æolicè. Æoles enim perſonis in ης, deſinentibus addunt θα, ut οἶσθα noſti, per ſyncopen pro οἴδασθα —— ἔφησθα dixiſti, pro ἔφης, & ſic in aliis ſæpiſſimè.

Pag. 163. lin. 12. ἄϊδόσδε, ad inferos, factum ab ἄϊς, ἄϊδος, & expletiva particula δε, ſubintelligendo οἶκον, vel τόπον, vel quid ſimile; ἄϊς autem idem ferè eſt cum ἀΐδης, ἀΐδου, Infernus, Orcus, Pluto; ab α, privativo, & εἴδω, video, quia omnia ibi ſunt tenebricoſa, nec quicquam videre liceat, &c.

Gra-

Græcorum Mensium distributio.

Secundum Gazam.		Secundum Scaligerum.	Secundum Petavium.
	1	ἑκατομβαιών.	
	2	μεταγειτνιών.	
	3	βοηδρομιών.	
μαιμακτηριών.	4	πυανεψιών.	μαιμακτηριών.
πυανεψιών.	5	μαιμακτηριών.	πυανεψιών.
ἀνθεστηριών.	6	ποσειδεών.	
ποσειδεών.	7	γαμηλιών.	
γαμηλιών.	8	ἀνθεστηριών.	
	9	ἐλαφηβολιών.	
	10	μουνυχιών.	
	11	θαργηλιών.	
	12	σκιῤῥοφοριών.	

His Græcis Mensibus Latini respondent.

1 Junius.
2 Julius.
3 Augustus.
4 September.
5 October.
6 November.
7 December.
8 Januarius.
9 Februarius.
10 Martius.
11 Aprilis.
12 Majus.

Di-

Distributio Scaligeri omnium probatissima est, quippe confirmata duabus marmoreis Inscriptionibus ex Græcia recens erutis, & a Jacobo Sponio in suo Itiner. Græciæ relatis.

Athenienses enim a Solstitio æstivo, quod apud nos in medium fere Junium incidit, annum inchoabant, observato præcipuæ cursu Lunæ.

Α'νθεστηριὼν magis videtur fuisse Martius: ut doctissimus, & diligentissimus Xylander in fine Annotationum in Vitas Plutarch. docet.

Mensis divisio.

Mensis dividitur in tres Decadas. Prima dicitur ἱσαμένου, sive ἀρχομένου μηνὸς, instantis, vel ineuntis Mensis: altera μεσοῦντος, vel ἐπὶ δέκα, vel ἐπὶ δεκάδι, seu δεκάτῃ, medii, vel supra decem: tertia φθίνοντος, λέγοντος, vel ἀπιόντος, præcipitantis, desinentis, exeuntis.

Primus dies Mensis dicitur Νουμηνία, Novilunium: quia Luna Mensem & incipiebat, & finiebat.

Ultimus dicitur ἕνη, καὶ νέα, vetus & novus: quia inter elapsum, & proxime sequentem Mensem intercederet.

Exem-

Exemplum dierum Mensis.

1	Dies Calendæ	Νουμηνία	
2	IIII	δευτέρα	
3	III	τρίτη	
4	Prid. Non.	τετάρτη	
5	Nonæ.	πέμπτη	
6	VIII	ἕκτη	ἱσταμένου, vel ἀρχομένου
7	VII	ἑβδόμη	
8	VI	ὀγδόη	
9	V	ἐννάτη	
10	IIII	δεκάτη	
11	III	πρώτη	
12	Pridie Id.	δευτέρα	
13	Idus.	τρίτη	
14	XVIII	τετάρτη	
15	XVII	πέμπτη	
16	XVI	ἕκτη	ἐπὶ δέκα.
17	XVI	ἑβδόμη	
18	XIIII	ὀγδόη	
19	XIII	ἐννάτη	
20	XII.	εἰκάς	
21	XI	δεκάτη φθίνοντος.	

vel

vel πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, seu μετὰ εἰκάδα, & sic deinceps.

22	X	ἐννάτη	φθίνοντος.
23	IX	ὀγδόη	
24	VIII	ἑβδόμη	
25	VII	ἕκτη	
26	VI	πέμπτη	
27	V	τετάρτη	
28	IIII	τρίτη	
29	III	δευτέρα	
30	Pridie Cal.	ἕνη, καὶ νέα, τριακάς.	

Quando Mensis erat 29. dierum, pro δεκάτη φθίνοντος dicebatur ἐννάτη φθίνοντος. Quando plurium quam triginta, post δεκάδα ἑνδεκάτη addebatur.

Usus apud Auctores.

Ἑβδόμη ἱσαμένου, septimo Idus. Lucianus.

Ἐπὶ χαιρώνδου ἄρχοντος, ἐλαφηβολιῶνος ἕκτη ἱσαμένου. Prætore Chæronda, 8. Idus Februarii. Demosth. περὶ στεφ.

Ἐπὶ ἄρχοντος μνησιφίλου, ἑκατομβαιῶνος ἕνη, καὶ νέα: Mnesiphilo Prætore, pridie Calen. Julii. Ibidem.

Ta-

Tabula Numerorum Græcorum &c.

		10	20	30	40	50	60	70	80	90
		ί	κ'	λ'	μ'	ν'	ξ'	ό	π'	ϙ'
1	ά	ιά	κά	λά	μά	νά	ξά	οά	πά	ϙά
2	β'	ιβ'	κβ'	λβ'	μβ'	νβ'	ξβ'	οβ'	πβ'	ϙβ'
3	γ'	ιγ'	κγ'	λγ'	μγ'	νγ'	ξγ'	ογ'	πγ'	ϙγ'
4	δ'	ιδ'	κδ'	λδ'	μδ'	νδ'	ξδ'	οδ'	πδ'	ϙδ'
5	έ	ιέ	κέ	λέ	μέ	νέ	ξέ	οέ	πέ	ϙέ
6	ς'	ις'	κς'	λς'	μς'	νς'	ξς'	ος'	πς'	ϙς'
7	ζ'	ιζ'	κζ'	λζ'	μζ'	νζ'	ξζ'	οζ'	πζ'	ϙζ'
8	ή	ιή	κή	λή	μή	νή	ξή	οή	πή	ϙή
9	ϑ'	ιϑ'	κϑ'	λϑ'	μϑ'	νϑ'	ξϑ'	οϑ'	πϑ'	ϙϑ'

100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000
ρ'	σ'	τ'	ύ	φ'	χ'	ψ'	ώ	ϡ'	͵α

Græci

Græci Arithmeticam scribunt literis alphabeticis; scribunt autem vel per usum omnium, vel per usum aliquarum tantùm literarum. Cum faciunt primo modo, dividunt literas in tria octonaria, ita ut primum octonarium notet unitates, inserto sexto loco ϛ, quod dicitur ἐπίσημον, ad notandum numerum 6.; Secundum verò octonarium notet decades, adjuncto ultimo loco ϟ, quod dicitur κόππα, pro numero 90., & tertium tandem octonarium notet centurias, adjuncto pariter ultimo loco ϡ, quod dicitur Sanpi, quia factum est ex antiquo sigma, obverso, & inserto π, pro numero 900.

Singulæ literæ notantur supernè lineolà; ubi verò significare volueris numerum millenarium, & ultra, notabis lineolam infernè, & hoc modo ͵α valebit mille; ͵β duo mille; ͵ι decem mille; ͵ρ centum mille. &c. Facilis autem est etiam combinatio numerorum, nam si scribas verbi gratia ιά. valebit 11. —— κβ'. 22. —— λγ'. 33. —— ρδ'. 104. Si scribas ͵αέ prima litera infernè, secunda supernè notata, valebit 1005., unde ͵αψοά. erit annus præsens 1771.

Usum peculiarium tantùm literarum potes videre, in calce plurium Lexicorum, & alibi passim, &c.

	Errata		*Corrige*
Pag. 33. lin. 25.	eum	———	cum
Pag. 49. lin. 23.	tempe	———	nempe
Pag. 51. lin. 4.	autem	———	ante
Pag. 76. lin. 1.	ev	———	eſt
Pag. 165. lin. 24.	maxixe	———	maximè

ΔΟ'ξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ Α'γίῳ Πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Α'μήν.

GLoria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΑ'τερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς Οὐρανοῖς· Α'γιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ε'λθέτω ἡ Βασιλεία σου. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν Οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. Α'λλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Α'μήν.

PAter noster, qui es in Cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Adveniat Regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos a malo. Amen.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν Ἐθνῶν, καὶ δόξαν Λαοῦ σου Ἰσραήλ.
Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

NUnc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, Quod paraſti ante faciem omnium populorum; Lumen ad revelationem Gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

In Dedicatoria

Errata	*Corrige*
Pag. 1. lin. 2. Leopoldſeron	Leopoldícron
Pag. 3. l. 22 Mariam Tereſiam	MARIAM TERESIAM

Errata	Corrige
Pag. 2. & ſequent. Inſtitutio Græcæ Grammatices	Rudimenta Linguæ Græcæ.
4. l. 8. α.ι.υ.	α.|ι.υ
6. l. 6. ϖαΐς	παΐς
7. l. 16. ποίῶ, ποίȣμεν	ποιῶ, ποιȣ̃μεν
9. l. 19. Æ a	Eta
11. l. 11. Æcho	Echo
24. pronunciationem	pronunciatione
13. l. 18. excitanda	evitanda
14. l. 20. uſus	uſu
15. l. 11. diſcunt	diſcant
16. l. 10. Chryſas	Chryſes, Apollinis Sacerdos
20. l. 24. fuit	facit
28. l. 4. Itaque	Itaquoque
9 occurrat	occurrant
22. Itaque	itaquoque
29. l. 2. ος	os
31. l. 19. κύονις	κύονι
33. l. 26. eum	cum
35 l. 24. deſinentiam	deſinentia
39. l. 3. duodecimo	duodecim
49. l. 23. tempe	nempe
51. l. 4. autem	ante
55. l. 4. τρέξω	θρέξω
61. l. 20. Τύψαμεν	Τύψαιμεν
64. l. 20. ſue	ecce

Errata				Corrige
Pag. 72.	l.	13.		1. & 2. ——
		14.		6. ——
		15.		8. ——
		16.		7. ——
		17.		5. ——
		18.		3. & 4. ——
76.	l.	2.	ev	est
88.	l.	18.	mutantur	mutant
91.	l.	7.	syncopes	syncope
98.	l.	12.	6.	3. ——
		15.	8.	4. ——
99.	l.	3.	1. & 2.	3. & 4. ——
		6.	6.	5. ——
107.	l.	17.	πέθηκα	πέθεικα
109.	l.	9.	πέθηκε	πέθεικε
112.	l.	15.	1. & 4	1. & 2. ——
113.	l.	5.	πεθηκώς	πεθεικώς
118.	l.	22.	8. 7. 5. 3. 4.	delenda
125.	l.	6.	determinationem	terminationem
135.	l.	7.	&	delendum
151.	l.	21.	δυνάμεθα	δυναίμεθα
165.	l.	24.	maxixè	maximè
179.	l.	4.	πετύφωμεν	πτύφωμεν
183.	l.	9.	fanculus	famulus
196.	l.	6.	pela	pila
198.	l.	7.	in genera	in genere





